De

interioribus aedium Homericarum partibus

scripsit

H. Rumpf.





Gissae 1858.
Prostat apud I. Rickerum.

Altera pars commentationis
„de aedibus Homericis“
ad finem perducitur. *

De vocibus μεσόδμης, ἀντηρίδος, καπήλιφος, μελάθρον, πετεύρον, de ῥωγῶν nomine, de ὀρσοθύρα.

Μεσόδμαι καλαί duobus Odysseae locis commemorantur. 19, 37 Telemachus cum patre arma ad thalamum portavit et, quum eum falleret Minerva lucernam praeferens, divinum lumen, quo omnes oeci partes collustrarentur, admiratus est his verbis : *Ὦ πάτερ, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι. Ἔμπης μοι τοῖχοι μεγάρων καλαί τε μεσόδμαι Εἰλάτιναί τε δοκοὶ καὶ κίονες ὑψόσ' ἔχοντες Φαίνοντ' ὀφθαλμοῖς ὡς εἰ πυρὸς αἰθομένοιο.* Altero loco 20, 354 Theoclymenus vates procis propter tristia ac funesta portenta, quae spectaret, exitium denuntiavit et inter alia monstra fatalia haec attulit : *Αἵματι δ' ἐρράδαται τοῖχοι καλαί τε μεσόδμαι.* Quum ex poetae verbis utroque loco nihil recte cogatur, nisi partes quasdam oeci *μεσοδμῶν* voce designari, interpretes mirum, quantum discesserint, cf. varias interpretationes apud Ameisium de Doederleinii glossario disputantem Muetzell. *Z. f. G.* 8. *Jahrg. Berlin 1854, p. 640.* Veterum tamen interpretum sententias, quamvis variae sint, ita posse explicari puto, ut et inter se satis congruant et ab Homeri locis supra allatis minime alienae sint. Quod antequam conemur, duo auctores adhibeamus, qui in continenti oratione hac voce usi sunt, interpretis munere functi non sunt. Prior, Hippocrates *περὶ ἄρθρων* (Tom. IV, p. 288 et 290 ed. Littre Paris 1844), ubi enarrat, quo modo femur *κατ' ἰσχίον* luxatum in locum reponendum sit, ita : *„Κρεμάσαι χρὴ τὸν ἄνθρωπον τῶν ποδῶν πρὸς μεσόδμην δεσμῷ δυνατῷ μὲν, μαλθακῷ δὲ καὶ πλάτος ἔχοντι· τοὺς δὲ πόδας διέχειν χρὴ, ὅσον τέσσαρας δακτύλους ἀπ' ἀλλήλων, ἢ καὶ ἔλασσον· χρὴ δὲ καὶ ἐπάνωθεν τῶν ἐπιγουνίδων προσπεριβεβλῆσθαι πλατεῖ ἱμάντι καὶ μαλθακῷ, ἀνατείνοντι ἐς τὴν μεσόδμην· τὸ δὲ σκέλος τὸ σιναρὸν ἐντετάσθαι χρὴ ὡς δύο δακτύλους*

---

*) Annot. Paginarum numerus non ad scholastica anni 1856 exempla accommodatus est, quae ab undecima pagina inceperunt, tricesima septima terminata sunt, sed ad ea exempla, quae seorsum edita sunt quorumque paginae a primo numero usque ad vicesimum septimum et si ultimam (vacuam) paginam addas, ad duodetricesimum excurrunt. Quum eandem numerorum normam secutus sim, si qui loci e prioribus alterius commentationis plagulis (anni 1856) afferendi erant, is, qui scholastico illius anni exemplo utetur, antequam evolvat, decem de paginarum numero deducet.

μᾶλλον τοῦ ἑτέρου· ἀπὸ δὲ τῆς γῆς τὴν κεφαλὴν ἀπεχέτω ὡς δύο πήχεας, η ολίγῳ πλέον, ἢ ἔλασσον κ. τ. λ." Proximis verbis efficitur, si caput aegroti hominis circiter trium pedum intervallo a solo distaret, *μεσόδμην*, trabem illam, e qua totum corpus suspensum esset, minimum fere novem pedes a solo abfuisse. Tota enim ratio femoris in locum reponendi, quae l. l. describitur, postulat, ut corpus per pedes suspensum nulla re impediatur neve extrema pars pedum ad ipsam trabem acclinetur. Praeterea *μεσόδμη* illa fuisse transversaria trabs cuivis videbitur. Quo autem aedium loco et cui bono fuerit, minime cognoscitur. Alter locus apud inferioris aetatis poetam invenitur. Quintus Smyrnaeus XIII, 451 sq. in Trojae excidio describendo haec tradit: „*Ἄλλῳ δ' αὖ φεύγοντι διὰ μεγάροιο, μεσόδμη Ἔμπεσε καιομένη, ἐπὶ δ' ἤριπεν αἰπὺν ὄλεθρον.*" Quae, quamquam ad trabis transversariae significationem bene conveniunt et facile commonent precum Agamemnonis Il. II, 413 sqq. *Μὴ πρὶν ἐπ' ἠέλιον δῦναι καὶ ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν, Πρίν με κατὰ πρηνὲς βαλέειν Πριάμοιο μέλαθρον Αἰθαλόεν κ. τ. λ.* coll. ipsius Quinti XIII, 430 *Πάντῃ δ' ἄλλοθεν ἄλλα κατηρείποντο μέλαθρα Ὑψόθεν*, tamen certum tignorum genus non declarant. Hoc unum certissimum est, hunc quoque locum alienissimum esse a vi illa in vulgus tradita »*Blenden, Nischen*«, quam Homericis *μεσόδμαις* subjecerunt.

Jam varias *μεσόδμης* interpretationes affero. Tantum ea, quae ad navem attinent, ne multus sim, omitto. Ceteras ita dispono, ut antecedant ipsis interpretum verbis certi significationum loci numeris distincti, ad quos et *μεσόδμης* explicationes infra ponendas et cognatarum vocum interpretationes referre liceat. Est igitur

A. — ΜΕΣΟΔΜΗ (orta ex »*μεσοδόμη*« *συγκοπῇ* Et. M. p. 581, 5, feminino adjectivi *μεσόδομος*, cf. Lobeck. Par. 466) 1.) trabs quaedam transversaria domus 2.) tabulatum quoddam trabi impositum 3.) cavatio quaedam sive recessus quidam super contignationem vel inter tigna relictus 4.) obscoenae significationis 5.) haec vox in glossis quibusdam corruptis vel dubiis lexicorum invenitur.

1.) Galenus *εἰς τὸ Ἱπποκράτους περὶ ἄρθρων ὑπόμνημα Δ* ed. Kuehn. Tom. XVIII, pars I, pag. 738 (ed. Chart. XII, 454. 455) ad locum Hippocratis de articulis supra exscriptum *μεσόδμην* vocari scribit *τὸ μέγα ξύλον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου τοίχου πρὸς τὸν ἕτερον διῆκον, ἔν τε τοῖς πανδοχείων οἴκοις τοῖς μεγάλοις, ἐν οἷς ἱστᾶσι τὰ κτήνη, καὶ κατ' ἀγρὸν ὁμοίως ἐν τοῖς γεωργικοῖς οἴκοις.*

2.) a. — Galenus in expl. voc. Hippocr. ed. Franz p. 522 *Μεσόδμη: ἡ καθ' ἕνα οἶκον εἰς δύο μεμερισμένον διορίζουσα τοῦ δοκοῦ εἶρξις*[5]*), οἷον μεσοδμή* (*μεσοδομή* suspicatur Fr.) *τις οὖσα. Τινὲς δὲ καὶ τὸ ὑπερκείμενον στέγος μεσόδμην καλοῦσι.* 2.) b. — Hesychius *Μεσόδμαι, καὶ Μεσόδματα· τὰ μεσόστυλα· τινὲς δὲ τὰ τῶν δοκῶν διαστήματα* (proxima ad 3.) pertinent). 2.) c. — Scholia B. H. Q. ad τ, 37 *μεσόδμαι: ὁ Ἀρίσταρχος τὰ μεσόστυλα* (v. alteram interpretationem hujus vocis, quam ad 3.) adscribam e Ducangii Glossario), *ἔνιοι δὲ τὰ μεταξὺ τῶν δοκῶν διαστήματα* (proxima ad 3.)). — Schol. Vulg. ad eundem locum *τὰ μεταξὺ τῶν κιόνων διαφράγματα, οἵτινες ἦσαν περὶ τοὺς τοίχους τὰ ἄκρα βαστάζοντες τῶν δοκῶν.* Eadem repetit Eustath. p. 1855, 1: *οἴκου μεσόδμαι, τὰ μεσόστυλα κατὰ Ἀρίσταρχον· καθ' ἑτέρους δὲ τὰ μεταξὺ τῶν δοκῶν· ἔνιοι δέ, διαφράγματα ἢ καὶ διαστήματα μεταξὺ τῶν κιόνων, οἵ, φασι,*

---

[5]) Post vocem *εἶρξις* in Ms. D additur *μόκωσις*, in cod. Mosqu. *μοηύσις*. C. F. Hermann in literis 1844 ad me datis fortasse scribendum putavit *μύκωσις*, Lobeck. Path. part. prior. p. 296: „*μόκωσις* hoc est, puto, *δόκωσις ἡ διορίζουσα τοὺς δόμους*, uno verbo *τὸ μεσότοιχον* sive paries intergerinus, quo conclavia disparantur."

περὶ τοὺς τοίχους ἦσαν (*διαστήματα* ad 3.). 2.) d. — Hes. *Πεντηκοντομέσοδμον· πολύστεγον· αἱ γὰρ Μεσόδμαι, στέγαι.* 2.) e. — *μεσόδμη, ἡ μέση στέγη* Gloss. Apionis in Et. Gud. ed. Sturz, p. 608, v. 31.

3.) Pergula. Gloss. Lat. Gr. (v. Robert. Steph. Thes. ling. lat., Basil. 1741 tom. III p. 477, col. 1 in v.) : „Pergula, *Μεσόδμη, Ὑπερῷον, Ὀροφὴ, Στενὸν οἴκημα.*" Ad eandem hanc tertiam significationem pertinere intelliges *διαστήματα* illa inter tigna (supra in 2.) b.), praeterea *μεσόστυλα* Aristarchi, quum Ducange Glossar. med. et infim. Graec. p. 914 in v. *μεσόστυλα* hanc interpretationem adjiciat „*Tabernae in Intercolumniis extructae*, in Basilic. lib. 56, tit. 10, § 4; lib. 58, tit. 11, § 11. *Tabulata intercolumnis* (sic) *affixa*, in l. 45 Cod. Theod. de Operib. publ." — Etiam illud *ὑπερκείμενον στέγος* in 2.) a. et *αἱ στέγαι* in 2.) d. huc referri possint, quum *τὸ στέγος* et *ἡ στέγη* non modo contignationem quandam, sed etiam habitationum genus significare possit. Praestat tamen utroque loco priorem contignationis interpretationem servare.

4.) Obscoenam vim inesse puto in duabus glossis Hesychii : *Μεσόδμα· γυμνή*, nam sic bis in codice scriptum est, ante et post „*Μεσόδμαι, κ. — διαστήματα*" (v. Schow p. 531), et *Μεσοδόμα. γυνή. Λάκωνες.* Per translationem enim *μεσόδμα* et *μεσοδόμα* naturam mulieris significare videntur, v. infra *κατῆλιψ* ad 4.).

5.) Corrupta vel dubiae significationis sunt : Hesychii lemma *Καναφόρος, μεσοδμή*; sic in cod. exstat, v. Schow p. 400. Hunc locum diu ipse conjecturis tentavi, sed eas taceo, quum nihil mutandum sit. *Καναφόρος μεσόδμη*, nam comma inter utramque vocem delendum censeo, et ob codicis lectionem et ob literarum seriem retineri debet. Significare videtur a u t ipsum *ὑπερῷον*, cui summum tectum impositum est e cannis confectum, v. supra (in hujus comment. part. II, p. 10, init.) et de *ὑπερῴου* notione nunc quidem supra A, 3.), a u t trabem illam transversam, cui storeae canneae impositae et praestructae erant v. Voemelium in programmate gymn. Francof. a. 1849 ad Dem. de cor. § 169 „*τὰ γέῤῥα die Buden oder doch ihre etwa auf Stangen ruhenden Dächer*" et Hesych. in v. *Γέῤῥα· τὰ ἀπὸ καλάμων ἢ παπύρων ἐργαστήρια.* Neve offendat te simplex litera *ν* in *κάνα* pro *κάννα* cf. hanc vocem in Stephani thesauro ed. Didot. et Hesychii glossam *Καναδόκα χείλη* (Alberti *χηλαί*) *ὀϊστοῦ. Λάκωνες.* — Hesychii *Μεσολάνιον. μεσοδόμιον*, ni fallor, scribendum est *Μεσολάμιον. μεσοδόμιον*, quum *λάμια* (v. hanc vocem Et. M. p. 555, 53) *καὶ προςηγορικόν* sit *καὶ σημαίνει τὰ χάσματα* (cf. Crameri Anecd. vol. 2, p. 239, 13 sive Bekkeri p. 1395 et Hesychii glossam *Λάμβαι. τὰ χάσματα*). Cogites igitur, »*hiatum medium vel cavernam in medio*«, sive mavis ita nominari recessum illum inter columnas, v. supra 3.), sive *μεσόδμην* navis, quam Pseudolucian. Amor. c. 6 *μεσόκοιλον* nominat »*τὸν ἱστὸν ἐκ τῶν μεσοκοίλων ἄραντες κ. τ. λ.*" — Suidae verba *Μεσόδμη. τὸ μέσον* non tam corrupta, quam nimis incerta sunt, quare Bernhardy vertit »Columna in medio posita«, quod num usquam *μεσόδμη* significet, valde dubito. Equidem malim intelligere mediam illam cavationem, de qua supra 3.) verba feci.

B. — **ΑΝΤΗΡΙΣ** [6]), quod vocabulum Eustathius loco statim afferendo voce *μεσόδμης* explicavit, alias quidem ligna vel lapides sursum tendentes designare videtur, cf. anteridas sive

---

[6]) Penultimam hujus vocis recte, opinor, Bernhardy (Suid. in v.) circumduxit, quum et passim litera η̄ hujus vocis accentu notata fuisse tradatur (Et. M. p. 112, 25; Et. Gud. 59, 3. 371, 45; Eustath. l. supra exscripto, Hes in v. *ἀντήριδες* in primisque Et. M. p. 184, 11), et ῑ literam certe in versu Euripideo (Et. M. 112, 27) brevem fuisse constet. Hodie in lexicis vulgo ultima vocis syllaba acuta excitatur, quod sola auctoritate Etymologi (p. 112, 23 sqq.)

erismas apud Vitruv. VI, 8 (11), 6 et corrupta verba Glossarii Latinograeci apud Robert. Steph. Thes. in v. tubicen »*Tubicines in berro, ἀντηρίδες, δοκοί.*« — Hes. ed. Alberti I. p. 396. n. 13 »Glossae: *Ἀντέριδες Obices. Ἀντηρίδες Tubicines in berro*«. — Baldus Lexicon Vitruv. p. 9 ed. Elzev. »Optimae Glossae: *Obices ἀντηρίδες, ἀντιθέσεις*. Eaedem glossae *Tibicines* (sic) *ἀντηρίδας* exponunt«, — sed Hesychii glossa *ἀντήριδες, τὰ ἀντερείδοντα ξύλα ἢ λίθινα κατασκευάσματα*, Et. Gud. 59, 3 *ἀντήρεις, τὸ ὑποστήριγμα* fulciendi vim praecipuam esse declarant, ita ut Eustathii verbis, quae sequuntur, et trabes transversariae fulcientes tabulata quaedam et haec tabulata ipsa describi videantur.

ad 1.) et 2.) Eustath. pag. 903, 49 *Ἕτεροι δὲ στήλας προβλῆτας φασί, τὰς λεγομένας ἀντήρειδας, ἃς οἱ μὲν διὰ διφθόγγου γράφουσιν ἐν τῇ τρίτῃ συλλαβῇ μετὰ τὴν ἄρχουσαν κατὰ τοὺς σημειωσαμένους τὸ κλεὶς καὶ τὸ ἀντήρεις* (cf. Et. M. p. 184, 10 sqq.), *οἱ δὲ διὰ τοῦ ῑ κατὰ τὸν στιχίσαντα, κρήμνη σεαυτὴν ἐκ μέσης ἀντήριδος »ἤτοι μεσόδμης«*. (Versus ipse apud Eustathium hoc loco et apud Et. M. p. 112, 26, ubi Euripidis esse dicitur, paulo corruptius scriptus est. Emendavi verba ex Et. M. p. 537, 35). *τέως γε μὴν προβλῆτες κατά τινας αἱ λεγόμεναι καὶ ἀντήριδες, οἷα τὰ λεγόμενα ἰκριώματα, ἃ ἔξωθεν ἐπ' ἀσφαλείᾳ τείχους πρῶτα τίθενται, ἤτοι πρόκεινται καὶ προβέβληνται ἀντερείδοντα· περὶ ὧν τινὲς καὶ οὕτω φράζουσι· στῆλαι προβλῆτες, πλάκες μεγάλαι πρὸ τοῦ τείχους, προβεβλημέναι τοῦ ἐδάφους καὶ συνηρμοσμέναι ἀλλήλαις ὑπὸ πόδα τοῦ τείχους ἀντὶ ἐρύματος.*

ad 3.) *Ἀντῆρις δέ, ἀντήριδος, καὶ σημαίνει τὴν θυρίδα.* Suidas ed. Bernhardy I, p. 466, 16.

C. — **ΚΑΤΗΛΙΨ.** Huic voci Hesychius in glossa *Κατάλιψ. μεσοδμη* (sic) et ad lemma *κατήλιψ* (sic), Pollux VII, 123 vim *μεσόδμης*, scholiasta in Arist. Ran. 564 *τῆς μεσοδόμου* vel *τῆς κλίμακος* subjiciunt.

ad 1.) Hesych. *Κατήλιψ* (sic) *μεσόδμη. μεσότοιχον. δοκός, ἡ ὑπό τινος* (scr. *ὑπότονος*) *βαστάζουσα τὸν ὄροφον. οἱ δὲ ἰκρίωμα, τὸ ἐν τῷ οἴκῳ· ὃ καὶ βέλτιον.* (Vox *μεσότοιχον* et quae extremo loco posita sunt, ad 2.) referri debent).

ad 2.) Praeter *μεσότοιχον* et *ἰκρίωμα* in Hesychii loco ad 1.) allato cf. Bekker. Anecd. vol. II p. 1200 n. 32 *κατῆλιψ, κατήλιφος· σημαίνει δὲ τὴν μέσην στέγην ἀπὸ τοῦ* (sic) *πηλοῦ ἢ τινος τοιούτου, ἐφ' ὧν τὰ καταστρώματα τίθενται, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς τρόπεως ἕως τοῦ ἱστοῦ, ᾧ προςδέδεται ὁ ἱστός.* Verba ab *ἐφ' ὧν* possunt et verba *καὶ τὸ ἀπὸ κ. τ. λ.* non possunt non ad navem referri. — Aristophanis Ran. v. 566 altera coparum, olim se Herculem voracem et rapacem, quum gladio stricto ipsas in caupona persequeretur, effugisse his verbis refert: *νὼ δὲ δείσασαί γέ που Ἐπὶ τὴν κατήλιφ' εὐθὺς ἀνεπηδήσαμεν.* Ad hunc locum scholia (Paris. Didot 1842) *κατήλιφα: Τὴν μεσόδομον* (*ἢ τὴν κλίμακα*) — inclusa a cod. Raven. absunt —. — *κλίμακα* Br. *σανίδα, ἐν ᾗ πάντα τὰ πωλούμενα τιθέασιν, εἰς ἣν ἀναβαίνοντες οἱ κατοικίδιοι ὄρνις ἐκεῖ κοιμῶνται. κ. τ. λ.* Venet. cod.

ad 3.) Polluc. l. VIII, s. 123 *κατῆλιψ ἡ μεσόδμη. κάπνην δὲ καὶ καπνοδόκην Εὔπολις τὸ μὲν εἴρηκεν ἐν Βάπταις, τὸ δὲ ἐν Δήμοις· λέγειν δ' ἔστι, καὶ κατάγεια οἰκήματα καὶ ὑπόγεια·*

---

niti videtur, qui ibid., v. 25 ipse nominativum *ἀντήρεις* paroxytonum scripsit. Ex analogiae praeceptis si rem dijudicare velis, afferre licet Herod. *περὶ Ἰλ. πρός.* ed. Lehrs p. 254 ad I, 571, sed dubium est, an Herodiani verba ad ea tantum paronyma feminina conveniant, quae e masculinis primae declinationis ducantur. Arcadii praeceptum p. 34. coll. *Göttling, Allg. Lehre v. Accent d. gr. Spr.* p. 272 sqq. generalius est, quam cui certo haec verborum forma subjiciatur.

ἔνι δ' εἰπεῖν λίθον σκληρὸν καὶ λίθον πώρινον. Cur verba dilatatis typis non descripta huc adscripserim et ex huius commentationis I, p. 35 apparet et ex iis cognoscetur, quae infra de *μελάθρῳ* et ad explicanda verba *παρὰ σταθμὸν τέγεος* afferemus. — — In loco Luciani statim afferendo glossa marginalis apud Lehmann. vocem *κατήλιφος* interpretatur : *κατάλυσις* i. e. deversorium publicum cf. Herod. V, 52 init. *καταλύσιες* et med. *καταγωγαί* cum Suid. in v. *καταγωγή*. „*παρὰ Ἡροδότῳ πανδοκεῖον*". Quae vocis vis quam similitudinem habeat cum »pergula« sive »tabulato intercolumniis affixo (v. A, 3)«, infra apparebit.

ad. 4.) Obscoene dictum puto Luciani illud (Lexiph. c. 8) *μετὰ δὲ ὁ μέν τις ἐπὶ τὴν κατήλιφα ἀναῤῥιχησάμενος ἐπιφόρημα ἐζήτει, ὁ δὲ ληκίνδα ἔπαιζεν κ. τ. λ.* cf. contextum rerum ibi traditarum et Guyeti annotationem ad *ληκίνδα ἔπαιζεν.*

D. — ΜΕΛΑΘΡΟΝ (*μάλαθρον, κμέλεθρον*). De tertiae formae litera initiali cf. Buttm. Lexil. II, p. 265, n. 7; vocales tertiae formae ita ex altera forma ortae sunt, ut *βάραθρον* a Ionibus mutatum est in *βέρεθρον*. Ceterum praeter ipsam conformationis analogiam *μάλαθρον* levem habet auctoritatem, quum in glossa Et. Gud., quae sola hanc formam continet, interpretatio addita sit tam inepta, ut vix ad *μέλαθρον* eam referas, nisi similem *μελάθρου* per *ε* scripti explicationem apud Eustath. 1925, 50 contuleris. Vulgaris forma *Μέλαθρον* ab Homero sola usurpatur. De significatione vocis apud poetam infra plura adjiciam; nunc, ne glossarum conspectum interrumpam, singulos locos Homericos cum scholiorum excerptis adscribam.

ad 1.) 8, 279 *πολλὰ δὲ καὶ καθύπερθε* »*μελαθρόφιν*« *ἐξεκέχυντο Ἠύτ' ἀράχνια λεπτά κ. τ. λ.* — Cod. T (Hamburgensis Prelleri apud Dindorfium) ad h. v. *μελαθρόφιν : ὑπεράνω τοῦ μελάθρου. μέλαθρον δὲ κυρίως τὸ μέσον τῆς στέγης ξύλον τὸ ὑπὸ τὸν* (sic cod.; Prellerus et Dindorf. scripserunt *ὕπατον*, equidem emendo »*ὑπότονον*«) *καλούμενον ἀπὸ τοῦ μελαίνεσθαι ὑπὸ τοῦ πυρός.* Quibuscum conjunge Hesych. *Μελαθρόφιν. ἐκ τῶν δοκῶν τῆς στέγης. τῶν μελάθρων, τῶν δοκῶν τῆς στέγης* coll. Apoll. Soph. 110, 30 ed. Bekk. et Et. M. p. 576, 16 *Μέλαθρον κυρίως λέγεται τὸ μέσον τῆς στέγης ξύλον τὸ* »*ὑπότονον*« *καλούμενον ἀπὸ τοῦ μελαίνεσθαι ὑπὸ τοῦ καπνοῦ· ὅταν οὖν εἴπῃ Ὅμηρος, Αὐτὴ δ' αἰθαλόεσσα ἀναΐξασα μελάθρου Ἕζετο : — τοῦτο φησὶ δηλοῦν· τινὲς δὲ τὸν ὄροφον, ἢ τὸν οἶκον.* (Kulenkamp. ad l. l. Etymologi pro *ὑπότονον*, scribi mavult *ὑπέρτονον*, quod Eustath. p. 249, 20; Favorinus in v. *μέλαθρον* et cod. Havn. 1971 Etymologi (v. Bloch. ad l. l.) exhibent, unde etiam Et. Gudiani (385, 6) *ὑπερτον* (sic) manavit. Sed alii libri Et. M. l l. et Zonaras (v. ad vocem *Ὑπέρτονον* in Thesauro l. Gr. Stephani ed. Didot.) praebent *ὑπότονον*, quam formam ipsa illa scripturae menda v. supra C ad 1.) et codicis T in D, 1.) mirum, quantum confirment. — — 19, 544 *κατ' ἄρ' ἕζετ'* (aquila per somnium visa) *ἐπὶ προὔχοντι* »*μελάθρῳ*« — Eustath ad h. l. *κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὸ ἐξέχον* »*τῆς δοκοῦ*« *μέρος, οὕτω λεγόμενον διὰ τὸ μελαίνεσθαι καὶ θέρεσθαι ὑπὸ ἡλίου.* — — 22, 239 *αὐτὴ δ' αἰθαλόεντος ἀνὰ μεγάροιο μέλαθρον Ἕζετ' ἀναΐξασα, χελιδόνι εἰκέλη ἄντην.* Varias lectiones vid. supra Et. M. p. 576, 16; praeterea Et. Gud. 385, 7. 8 *αἰθαλόεντος ἀναΐξασα μελάθρου ἕζετο*; Et. M. p. 565, 35 *αἰθαλόεντος ὑπὲρ μεγάροιο μέλαθρα.* Vossius ad hymn. in Cerer. 187—189 scribendum putat : „*Αὐτὴ δ' αἰθαλόεντι ἀνὰ μεγάροιο μελάθρῳ ἕζετ' ἀναΐξασα.*" Schol. in Theocr. Id. ιγ', 13, p. 193, l. 10 ed. Gaisford *Αὐτοὶ δ' αἰθαλόεντας* »*ἀνὰ ῥῶγας*« (*ἀναρώσας* Can.) *μεγάροιο.* Vulgatam tuentur Schol. in Apoll. Rhod. II, 1088 *μέλαθρον τὴν ὀροφήν. Κράτης δὲ* »*τὴν δοκὸν*« *ἐξεδέξατο, ὡς καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ* „*αἰθ. κ. τ. λ.*" et Et. Gud. p. 382, 23; praeterea scholii Vulgati, cod. Havniensis Et. M. et Eustathii

verba infra ad 2.) collata. — — 11, 278 *ἀψαμένη βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῖο* „*μ ε λ ά θ ρ ο υ*“ (Epicaste in Orcum descendit). Schol. Harl. *ἀναψομένη* (sic) *βρόχον ὑψηλὸν καὶ τῆς γῆς ἀφεστηκότα.* Schol. Vulg. *μελάθρου νῦν* „*δ ο κ ο ῦ*“ — — Hymn. in Cerer. 188. — *Ἡ* (Ceres) *δ' ἄρ' ἐπ' οὐδὸν ἔβη ποσί· καί ῥα* „*μ ε λ ά θ ρ ο υ*“ *Κῦρε κάρη· πλῆσεν δὲ θύρας σέλαος θείοιο*, ubi Vossius p. 59 trabem transversam medium lacunar oeci mulierum sustinentem significari dicit, Hesychium autem in v. *μέλαθρα. οἰκίαι.* „*ὑ π έ ρ θ υ ρ α*“. *δοκὸς δέ, καὶ ἡ διάτονος* vocabulo recte „superi liminis forium“ vim tribuere negat. Sed quam aliam, inquam, trabem dea capite attingere potuit, in *οὐδῷ* stans, nisi ipsum *ὑπέρθυρον.* — — Hymn. in Vener. 174 *εὐποιήτου δὲ* „*μ ε λ ά θ ρ ο υ*“ *κῦρε κάρη* (Veneris).

ad 2.) II, 414 *πρίν με κατὰ πρηνὲς βαλέειν Πριάμοιο* „*μ έ λ α θ ρ ο ν*“, quem locum supra pag. 30, v. 11 cum Quinti Smyrn. XIII, 451 sq. contulimus. — Eustath. ad h. l. p. 249, 19 *λέγεται δὲ μέλαθρον μὲν κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἡ ὁ* „*ὄ ρ ο φ ο ς*“ *ἢ τὸ μέσον τῆς στέγης ξύλον, ὅ, φασι, καλεῖται ὑπέρτονον, καὶ γίνεται ἀπὸ τοῦ μελαίνεσθαι αἰθομένου πυρὸς καπνῷ· ἐκ δὲ τούτου καὶ ὁ ὅλος οἶκος μέλαθρον, ὥσπερ καὶ ἀπὸ ἑστίας τῆς τοῦ πυρὸς ὡς ἐκ μέρους ἑστία τὸ ὅλον οἴκημα.* — Paraphr. Bekk. ad II, 414 *τὸν τοῦ Πριάμου οἶκον.* Interpretatio *ὑπέρτονος* ad 1.), metaphrasis „*οἶκος*“ ad 7.) in ipsa hac *μελάθρου* voce referenda est. — — Schol. Q. ad *χ*, 239 *μέλαθρον τὴν* „*ὀ ρ ο φ ή ν*“ coll. *θ*, 279. — — In annotatione ad Etym. M. ed. Kulenkamp. p. 960 Bloch. e cod. Havn. 1971 hacc affert : *Μέγαρον δέ ἐστιν ὁ οἶκος· μέλαθρον δὲ* „*ἡ ὀ ρ ο φ ή*“, *ἀπὸ τοῦ μελαίνεσθαι ὑπὸ τοῦ καπνοῦ, ὡς Ὅμηρος* Od. *χ*, 239. *Αὐτὴ δ' αἰθαλόεντος ἀνὰ μεγάροιο μέλαθρον. Οὐ γὰρ ἂν εἴποι τις οἴκου* (sic) *οἶκος.* — Eustath. ad 1925, 45 *Αἰθαλόεντος δὲ μεγάρου μέλαθρον λέγει* „*τ ὴ ν ὀ ρ ο φ ή ν*“ *διὸ ἐρεῖ ἐν τοῖς ἑξῆς· δὴ τότε ἀνέσχεν Ἀθηνᾶ αἰγίδα ὑψόθεν ἐξ ὀροφῆς, ὡς ταυτὸν εἶναι ὀροφὴν καὶ μέλαθρον κ. τ. λ.*

ad 3.) Hujus significationis nullum certum exemplum novi, si quidem recessum illum, cavationem illam, id quod in ceteris tertiae huius significationis exemplis factum esse vidimus, ad superiorem contignationem quandam referri velimus. Certe incertis vestigiis verborum LXX ad Reg. I, 8, 5 : *Καὶ πάντα τὰ θυρώματα, καὶ αἱ χῶραι τετράγωνοι μεμελαθρωμέναι*“, quem locum interpretes ad Hes. ed. Alberti II, p. 561, annot. 3. et Schleussner. Lex. in v. *μελαθρόομαι* „trabibus connector, in cellam disponor“ afferunt, eo minus uti velim ad hanc vocis vim demonstrandam, quo magis pergulae in superiore contignatione ratio ab ea vi hujus vocis abhorret, de qua infra ad 6.) disputabimus.

ad 4.) De obscoena sententia, quae *μελάθρου* voci subjici possit, dubitari non sinit glossa Hesychii : *Μέλαθρον· οἴκημα·* „*κ α ὶ τ ὸ τ ῶ ν γ υ ν α ι κ ῶ ν μ ό ρ ι ο ν*,“ sive hanc significationem eodem modo explicas, ut supra in v. *μεσόδμη* et *κατῆλιψ* ad 4.), sive derivas eam a culinae vi *μελάθρου* propria et comparas obscoenam vocis *τοὐπτάνιον* vim justo accuratius explicatam a scholiasta in Arist. Pac. 887 (891).

His *μελάθρου* interpretationibus supra allatis si jam tres alias adjicio, nolo quidem eas ad similitudinem cum *μεσόδμῃ*, a qua profecti sumus, referre, sed satius duxi omnia, quae ad vocem *μελάθρου* attineant, una huc conferre, ne significationum conspectus incidatur.

5.) Hesychius *μέλαθρα· οἰκίαι·* „*ὑ π έ ρ θ υ ρ α*“, de qua vocis vi jam supra ad 1.) extrem. disputavimus.

6.) Schol. ms. *β. γ.* ad Pindar. Olymp. VI, 3 : *Μέλαθρον δὲ λέγεται ὁ οἶκος, ἐν ᾧ μαγειρεύουσιν, ἤγουν* „*τ ὸ μ α γ ε ι ρ ε ῖ ο ν*“, *ἀπὸ τοῦ μελαίνειν τὸν αἰθέρα διὰ τοῦ καπνοῦ δηλονότι.*

7.) sexcenties *μέλαθρον* generali significatione idem est, quod *οἰκία*. Ne scriptorum locos in rem notam cumulem, cf. Hesychii glossas *Μέλαθρον. »οἴκημα«. Μέλαθρα »οἰκίαι«· Μελάθρων λῶβαι. τῶν »οἴκων« αἱ βλάβαι*; adde Bachmann. Anecd. I, 297 *μέλαθρον, οἶκον* et Bekk. Anecd. III, 1096 *μέλαθρον »οἰκία Σικελῶν γλῶσσα«.*

E. — ΠΕΤΕΥΡΟΝ. Hanc vocem ut cum iis, quae supra posui, conferam, facit locus scholl. in Theocr. *ιγ'*, v. 13. Ibi enim quum poeta dixisset Herculem Hylam puerum nullo diei tempore a se dimisisse *οὐδ' ὁπόκ' ὀρτάλιχοι μινυροὶ ποτὶ κοῖτον ὁρῷεν Σεισαμένας πτερὰ ματρὸς ἐπ' αἰθαλόεντι πετεύρῳ*, scholiasta addit (Gaisf. poet. min. Graec. vol. V, p. 193, 7 [166, 1]). *Πέτευρον δὲ σανίδιον λεπτὸν καὶ τεταμένον, ᾧ καὶ εἰς τοὺς ὀρόφους ἀντὶ κεραμίων πολλοὶ χρῶνται. Οἱ δὲ αἰθαλόεν πέτευρον »τὴν δοκὸν« λέγουσιν. Ὡς καὶ Ὅμηρος·*

Αὐτοὶ δ' αἰθαλόεντας ἀνὰ ῥῶγας (*ἀναρώσας* Canonicianus cod. recentissimus) *μεγάροιο.* De sententia eorum certe, qui *αἰθαλόεν πέτευρον* interpretabantur *»τὴν δοκόν«* dubitari nullo modo potest. Quum enim Theocritus voce *πέτευρον* certo significet locum, quo gallinae cum pullis volare soleant ad requiescendum, *δοκός* illa alia esse non potest atque ea, quam supra in ceteris vocibus explanandis hic simpliciter *τὴν δοκόν*, illic *τὴν ὑπότονον δοκόν* nominatam invenimus. Compara enim, quaeso, vocem *κατήλιφος*, quam Hesych. aut *δοκὸν ὑπότονον* aut *ἰκρίωμα* domus, scholion in Arist. Ran. v. 566 disertis verbis nominat *σανίδα, ἐν ᾗ πάντα τὰ πωλούμενα τιθέασιν, εἰς ἣν ἀναβαίνοντες οἱ κατοικίδιοι ὄρνις ἐκεῖ κοιμῶνται.* Plane confirmatur autem res Polluc. X, 156 *Πέτευρον δέ, οὗ τὰς ἐνοικιδίας ὄρνιθας ἐγκαθεύδειν συμβέβηκεν, Ἀριστοφάνης λέγει, ὥσπερ καὶ κρεμάστραν ἐν ταῖς νεφέλαις.* Ac ne quis comparatione *κρεμάστρας* sive *κρεμάθρας* Socratis, quam aut stoream pensilem aut corbem pensilem modo huc, modo illuc portatam fingunt, v. Ast. Lex. Plat. in v. *περιφέρω* et Stallbaum. in Socrat. Apol. p. 19. C, interpretationem supra propositam incertam fieri putet, hanc in rem adhibeo scholium ad Arist. Nub. v. 226. *ἔπειτ' ἀπὸ ταρροῦ : ταῤῥὸς μετέωρόν τι ἰκρίον, ἐφ' οὗ αἱ ἀλεκτρυονίδες κοιμῶνται. τοιαύτην δή τινα ὑποληπτέον τὴν κρεμάστραν ἐσκευάσθαι.* Neque quae in scholiis ad v. 218 de *κρεμάθρᾳ* traduntur : *κρεμάθρα δὴ λέγεται, διὰ τὸ οὕτως αὐτὴν ἀεὶ μετέωρον εἶναι κρεμαμένην. νῦν μέντοι τὰ περιττεύοντα (ὄψα) εἰς αὐτὴν εἰώθαμεν ἀποτίθεσθαι* nimis abhorrent ab iis, quae de *κατήλιφι* cauponae e scholio ad Arist. Ran. 566 attulimus, *»σανίδα, ἐν ᾗ πάντα τὰ πωλούμενα τιθέασιν.* Accedit, quod etiam alii scriptorum loci ei *πετεύρου* interpretationi obsecundant, quae hac voce »trabem illam transversam domus sive tabulatum huic trabi impositum vel affixum« designari dicat. Quod enim Babrius his verbis exprimit v. Suid. *Πέταυρα τίγνα Βάβριος·*

Ὁ δ' ἐκ πεταύρου κλαγγὸν εἶπε βοήσας· (Hemsterh. *βωστρήσας*)
πόθεν μαθήσῃ πόσσον εἰς ἕω λείπει,
τὸν ὡρονόμον θύσας με;

idem Fab. Aesop. p. 151 ed. Furiae (v. Bernhard. ad l. l.) sic reddunt : *ὁ δ' ἐκ τέγους κλαγγὴν εἶπε φωνήσας*, et quae Septuagintaviri Proverb. 9, 18 scripserunt : *Ὁ δὲ οὐκ οἶδεν ὅτι γηγενεῖς παρ' αὐτῇ ὄλλυνται, καὶ ἐπὶ πέταυρον Ἅιδου συναντᾷ*, egregie explicat Bachm. Anecd. vol. II, p. 354, 10 *Εἰς πέταυρον Ἅιδου, ἤγουν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ἅιδου ἀπὸ μέρους· ὥςπερ ἀπὸ τῆς στέγης ἢ οἰκίας.* Postremo conferas Photii glossam p. 426, 11, quae ad locum fabulae Aristophanis perditae respicere dicitur (v. H. Steph. Thes. ed. Didot. in v. *πέταυρον* p. 1012 A. extr.). *Πέτευρον· πᾶν τὸ μακρὸν καὶ ὑπόπλατυ καὶ μετέωρον ξύλον. Ἀριστοφάνης ἐν τῷ ε*

(i. e. **πέτευρον**, non **πέταυρον**) cum *μεσόδμης* ipsius explicatione A, 1.) **τὸ μέγα ξύλον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου τοίχου πρὸς τὸν ἕτερον διῆκον κ. τ. λ.**

Antequam suscipiam *μεσόδμης* rationem, qualem e scriptorum locis et glossis supra exscriptis eruere liceat, accuratius verbis definire, cavendum est, ne quis alienas voces cum psa *μεσόδμῃ* me comparasse et res inter se diversas tanquam similes miscuisse dicat. Qua in re ne longior sim, omitto voces *ἀντήριδος* et *κατῆλιφος*, quum utrique voci ab ipsis grammaticis (v. Eust. B. ad 1.) et 2.), Hes. et Pollucem coll. scholl. in Arist. Ran. supra in lit. C init.) interpretatio *μεσόδμης* addita sit. Neque hic repetam necesse est, *πέτευρον* eandem illam trabem et contignationem significare posse, quas supra *κατῆλιφος* nomine appellatas vidimus, quum ad ipsam literam E hujus rei argumenta protulerim. Aliter de vocabulo *μελάθρου* judicandum esse putabis, quum et interpretationes quaedam grammaticorum et tres significationes hujus vocis propriae a ceteris quattuor vocabulis abhorrere videantur. Ex interpretationibus affero glossam *ἡ διάτονος* D ad 1.) extr., *τὸ ὑπέρτονον* ibid. ad 1.) init.; ex significationibus D, 5.) *μέλαθρα ὑπέρθυρα*, D, 6 *μέλαθρον μαγειρεῖον*, D, 7 *μέλαθρα οἰκίαι*. Ad hoc animadverte, quod in explicanda prima (trabis) significatione tribus locis *μελάθρου* descriptio a ceteris vocibus paulo deflecti videtur verbis *τὸ μέσον τῆς στέγης ξύλον*, v. cod. T in D ad 1.), Etym. M. p. 576, 16 ibid. et Eustathium p. 249, 19 in D ad 2.). — Sed, ut tres significationes *μελάθρου* proprias, quas infra demum primigenia vocis vi stabilita explicare liceat, nunc mittamus, difficultates ceterae facile tolluntur. Quivis enim videt, trabem illam transversam, quae superiorem contignationem quandam sustineat, *τὴν ὑπότονον*, etiam nominari posse *ὑπέρτονον*, quum fulciat *τὸ ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν* i. e. *ὄροφον*, *στέγην*, *ὀροφήν* Polluc. I, 81 (v. supra II p. 10). Eadem autem recte appellatur »*διάτονος*«, quippe quae pertineat *ἀπὸ τοῦ ἑτέρου τοίχου πρὸς τὸν ἕτερον* v. A, 1.). Praeterea, quin ipsum *μέλαθρον* aeque atque *κατῆλιψ*, v. C ad 1.) compluribus locis eadem *ὑποτόνου* voce explicetur, dubitari non potest, v. D ad 1.) init., ita ut *ἡ δοκός* ibid. apud Eustath., schol. in Apoll. Rhod., schol. Vulgat. eadem habenda sit, quam schol. in Theocr. v. E simpliciter usurpavit ad *πετεύρου* nomen interpretandum quamque alii *ὑπότονον*, *ὑπέρτονον*, *διάτονον* appellant, Galenus vero, v. A, 1.) interpretatus est »*τὸ μέγα ξύλον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου τοίχου πρὸς τὸν ἕτερον διῆκον*«. Quod ad verba *τὸ μέσον τῆς στέγης ξύλον* attinet, dubitare fortasse quis possit, utrum interpretanda sint »media pars trabis illius *διατόνου*«, an »media lacunaris oeco impositi trabs«. Sed neutrum fieri potest. Illa interpretatio, quamvis apta ad varium *μελάθρου* usum explicandum, grammaticae praeceptis contraria est. Fuit enim dicendum *μέσον τὸ τῆς στέγης ξύλον*, — haec e variis lacunaris trabibus transversis toti oeco impositis mediam *μελάθρου διατόνου* nomine appellaret, ita, ut, quod nunc vulgo dicunt »*Dohne*« idem significaret, — veterum Germanorum *upardono* (gl. Schmell. 1, 145 *überdono*), quanquam alia in re adhibitum, idem sonaret, quod Graecorum *ὑπέρ* »*τ*« *ονος*. Sed **toti** oeco virorum, in quo solo *μέλαθρον* proprie dictum fuisse potest, si e *μελαίνεσθαι* nomen cepit, ob foci locum supra (II p. 19. 20 et p. 26 post med.) demonstratum — cf. etiam *μεγάροιο μέλαθρον* 22, 239 — antiquo tempore alterum lacunar praeter ipsum tectum impositum non fuit. Quod ut probare nolo verbis Overbeckii *Pompeji* p. 184 med. coll. Becker. *Charikl.* ed. princ. I p. 195 et Ottfr. Mueller. *Handb. der Arch. d. K.* ed. 2[da] p. 29 § 47, 2, »*Das Oberhaus der Frauen reichte nicht nach Art unserer Stockwerke über den ganzen Unterstock*« — ibi enim de universis aedibus, non de solo oeco virorum disputatur, — ita refutari non puto Philopatoris navis thalamegi exemplo, cujus *μεγίστῳ οἴκῳ* (*συμποσίῳ*) — Athen. Deipnos. lib. V, p. 205, c — *στέγη τετράγωνος κυπαρισσίνη* imposita erat *καὶ ἄλλο συμπόσιον* (ibid. e extr.) *ἦν ἐπὶ τῇ τοῦ μεγίστου οἴκου στέγῃ κείμενον*. Nam ibi posterioris temporis aedes eae-

que in navi exstructae describuntur. Immo, si quid video, res ex ipso vocis *μελάθρου* usu efficitur. Si enim apud Homerum 11, 278 legimus »Epicaste in Orcum descendit *ἀψαμένη βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῖο μελάθρου* (cf. Plut. de curiosit. c. II) et si (Apoll. Rhod. Argon. III, 789) Medea loquitur : *τεθναίην (ἢ) λαιμὸν ἀναρτήσασα μελάθρου κ. τ. λ.*, non lacunaris medio tigno transverso, opinor, laqueum annectentes mulieres illae necem sibi parare voluerunt. Neque cum eo consenties, qui si non lacunar, at planum tectum oeco impositum statuens, ad mediam trabem transversam tecti illius laqueos suspendii causa annexos fuisse dixerit. Suspendebant se potius, qui necem sibi consciscere volebant, ex eadem trabe, quam *ἀντήριδος ἤτοι μεσόδμης* nomine appellatam invenimus in Euripideo versu *Κρήμνη σεαυτὴν ἐκ μέσης ἀντήριδος ἤτοι »μεσόδμης«* supra B ad 1.) quaque Hippocrates (supra pag. 29 et 30) utebatur ad femur luxatum in locum reponendum. Ejus altitudinem, quam fere novem pedum fuisse l. l. demonstravimus, ad utramque rem fuisse accommodatam nemo negabit.

(De duplici *μεσοδμῶν* genere.)

Quo loco autem fuerit illa trabs, cujus varia nomina collegimus cuique tabulata imposita fuisse ex interpretum verbis ad A, 2 allatis apparet, et qua ratione cavatio illa inter tigna vel inter columnas relicta cogitanda sit, si recte eidem superiorum habitationum etc. nomen imponere velimus, jam investigabimus. In oeci parte interiore proxime ipsum *μυχόν* et *ἐσχάραν* erant columnae, cf. 6, 307; 23, 90. *Ἐσχάρα* non in ipso oeci recessu, *μυχῷ*, ad literam **o**, quo loco eam in imagine aedium ad priorem hujus commentationis partem addita adumbravi, sed paulo propius medium oecum ante ipsum *μυχόν* constituenda esse videtur, cf. de aedd. II, p. 19. 20 et 24 sqq. et v. deformationem (B) aedium in extrema hac commentatione descriptam ad lit. **o**. Quodsi columnarum illarum ordinem ita disponimus, ut sequantur lineam rectam, mediam inter *ἐσχάραν* et *μυχόν* ab uno oeci latere ad alterum ductam, nihil facimus, quod rei ipsi vel Homeri verbis sit contrarium. Aditus ad *μυχόν* per medium intercolumnium illius ordinis, quod, per me licet, una ordinis columna omissa latius efficias, patet. Totus oecus autem illo ordine in duas partes, priorem multo majorem, posteriorem multo minorem, dividitur et interioris hujus partis spatium medium, ad dextram ac sinistram parietibus intergerivis [7]) seclusum idem ille

---

[7]) Alteruter horum parietum intergerivorum significatur verbis *τοίχου τοῦ ἑτέρου* IX, 218; XXIV, 598 et 23, 89. 90 *ἕζετ' ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐναντίη ἐν πυρὸς αὐγῇ Τοίχου τοῦ ἑτέρου· ὁ δ' ἄρα πρὸς κίονα μακρὴν Ἧστο κ. τ. λ.* coll. 164 *ἕζετ' ἐπὶ θρόνου ἔνθεν ἀνέστη Ἀντίον ἧς ἀλόχου.* — — IX, 218 verisimile fit, Achillem *τοίχου τοῦ ἑτέρου* considentem ibidem consedisse, quo in loco cum solo Patroclo sederat cithara canens v. 190 i. e. in interiore *κλισίης* parte, *ἐν μυχῷ*, cf. *βάτην προτέρω* v. 192 et *προτέρω ἄγε* v. 199. Hunc in locum hospites ducere, antiqui temporis mos erat, cf. de Telemacho Theoclymenum *ἐν μυχῷ* hospitio excipiente supra de aedd. II, p. 13 post med. Idem docent latini poetae, qui heroicae aetatis fabulas tradunt, ut Ovid. Met. XIV, 261, ubi comites Ulixi per Circes famulas ad dominam ducuntur, quae »pulchro sedet recessu, sublimis solio« et »dicta acceptaque salute« (271) »misceri tosti jubet hordea grani« (273). Adde Stat. Thebaid. I, 510 sqq. Ibi enim Adrastus Tydea et Polynicen »Innectens manibus tecta ulterioris ad aulae Progreditur; canis etiamnum altaribus ignes, Sopitum cinerem et tepidi libamina sacri Servabant, adolere focos epulasque recentes Instaurare jubet — v. 525 jamque ipse superbis Fulgebat stratis solioque effultus eburno, Parte alia (i. e. *ἀντίον* sive *τοίχου τοῦ ἑτέρου*) juvenes siccati vulnera lymphis Discumbunt.« Filiae Adrasti accitae v. 534 »Arcano egressae thalamo« i. e. ex mulierum domo apparent. — XXIV, 597 sqq. ad *μυχόν* referimus, quum 472 sqq. dicatur : Priamus *ἐν δέ μιν αὐτὸν Εὗρ', ἕταροι δ' ἀπάνευθε καθείατο· τῶ δὲ δύ' οἴω, Ἥρως Αὐτομέδων τε καὶ Ἄλκιμος ὄζος Ἄρηος, ποίπνυον παρεόντε· νέον δ' ἀπέληγεν ἐδωδῆς Ἔσθων καὶ πίνων· ἔτι καὶ παρέκειτο τράπεζα.* Quae omnia vix aptiore loco atque *ἐν μυχῷ οἴκου* prope *ἐσχάραν* cogitare poteris. Eodem igitur spectare putabis v. 597. 598 *ἕζετο δ'* (Achilles) *ἐν κλισμῷ πολυδαιδάλῳ, ἔνθεν ἀνέστη, τοίχου τοῦ ἑτέρου.* Certissimum autem sententiae meae argumentum duco ex verbis Odysseae 23, 89. 90 *ἕζετ' ἔπειτ'* (Penelope) *Ὀδυσῆος ἐναντίη, ἐν πυρὸς αὐγῇ, Τοίχου τοῦ ἑτέρου· ὁ δ' ἄρα πρὸς κίονα μακρὴν Ἧστο κ. τ. λ.* Quum columnam, ad quam Ulixes se acclinavit, proxime *ἐσχάραν* fuisse oporteat, cf. v. 71 et Eustath. 1939, 23 *πρὸς αὐτῷ τῷ*

μυχός oeci est, de quo tam saepe verba fecimus. — Jam alterutrum *μεσοδμῶν* genus cogitari potest.

Aut ipsi epistylio toti (i. e. uni tigno, quod, columnarum ordini, quem diximus, impositum, ab uno oeci latere ad alterum pertinebat) tabulata et e trabium compage superiores habitationes non nimis altae, postremo summa tecta superstructa erant. Haec ratio est simplicissima et sine dubio eadem, quam Galenus locis supra ad A, 1.) et 2, a.) allatis describit et sua aetate *πανδοχείων* et *γεωργικῶν οἴκων* propriam fuisse dicit. Columnis quidem *μεσόδμας* impositas fuisse illis locis non demonstratur, sed ex se intelligitur et ita rem habuisse etiam ex eorum *ὑπερῴων* adumbratione verisimile fit, quae Athen. *E*, c. 38, p. 205 in Philopatoris navi thalamego explicanda *κρυπτῶν* nomine appellat. Verba Athen. p. 204 extr. sunt : *πέριξ δὲ τῆς νεὼς περίπατοι κατὰ τὰς τρεῖς πλευρὰς ἐγεγόνεσαν διπλοῖ, ὧν ἡ μὲν περίμετρος ἦν πέντε πλέθρων οὐκ ἐλάττων, ἡ δὲ διάθεσις τοῦ μὲν καταγείου περιστύλῳ παραπλήσιος, τοῦ δ' ὑπερῴου κρύπτῃ φραγμοῖς καὶ θυρίσι περιεχομένῃ πάντοθεν.* Aedium vero partem *κρύπτης* nomine designari intelliges ex Suet. Calig. c. 58, ubi locus, in quo Caligula interfectus est, indicatur his verbis : »Cum in crypta, per quam transeundum erat, pueri nobiles ex Asia ad edendas in scena operas evocati praepararentur, restitit.« De eodem loco c. 59 : »in ea quoque domo, in qua occubuerit, nullam noctem sine aliquo terrore transactam, donec ipsa domus incendio consumta sit.« Casaubonus ad priorem locum adjicit : »Dio *στενωπὸν* vocat (lib. 59, c. 29; II, p. 936 ed. Reimar. *τηρήσαντες αὐτὸν ἐκ τοῦ θεάτρου ἐξελθόντα — — ἀπέκτειναν, ἐν στενωπῷ τινι ἀπολαβόντες*), Iosephus *στενωπὸν ἠρεμηκότα*, idem *στενὰς ὁδοὺς*, quum ait *στενῶν οὐσῶν τῶν ὁδῶν καθ' ἃς ἔπραξαν τὸ ἔργον*«. Quodsi hoc genus *μεσοδμῶν*, *ὑπερῷον* non nimis altum satisque angustum, cum hujus temporis aedificiis comparare velimus, id, quod nunc vocamus „*entre-sol*“, similitudinem quidem quandam referret *μεσόδμης*, quoniam utrumque *ὑπερῴων* genus inter duas contignationes exstructum est, sive superior contignatio ipsum summum tectum est, id quod vulgo in *μεσόδμαις* factum esse puto, sive alia *ὑπερῷα* ipsi *μεσόδμῃ* superstructa sunt, quo modo hodie »*les entresols*« aedificantur et quod interdum apud Graecos factum esse Hesychii illud »*πεντηκοντομέσοδμον πολύστεγον*« v. supra A, 2, d.) demonstrat [8]). Tamen hac in re plurimum interest inter utrumque *ὑπερῴων* genus, quod *μεσόδμαι* illae, quantum quidem ex veterum scriptorum et grammaticorum verbis cognoscere liceat, nunquam, ut hodie »*les entre-sols*«, toti inferiori domui erant impositae, sed in modum porticus superioris, **einer Gallerie**, oecum magnum aut ab uno latere tangebant, aut nonnunquam, quod infra e Galeni *περὶ ἀντιδότων* T. XIV, p. 17 (ed. Kuehn.) cognoscemus, a pluribus lateribus circumdabant. Ad hanc rei imaginem confirmandam facere non possum, quin verba C. F. Hermanni e literis

---

κατὰ τὴν ἐσχάραν πυρὶ ἔνθα — — Ὀδυσσεὺς ἵζετο, Penelope autem ex mulierum domo veniens cf. v. 85. 88 consederit *Ὀδυσῆος ἐναντίη, ἐν πυρὸς αὐγῇ, τοίχου τοῦ ἑτέρου*, non possumus non putare eam in recessu illo oeci sedisse. Cujus interiorem parietem mulierum domui adversum si verbis *τοίχου τοῦ ἑτέρου* significari dixeris, cf. Faesi ad 23, 89 sqq., duplex difficultas tollenda erit. Nam si recessum paulo longius patuisse introrsus putes, id quod veri simile est, Penelopes sedes nimis longe abesset, quam ut apte cum Ulixe colloqueretur. Ad hoc, id quod gravissimum argumentum esse judico, nemo ad significandam sedem Penelopes Ulixi sedi prope focum collocatae adversam, cf. v. 89 *ἐναντίη* et v. 164. 165 *ἀντίον ἧς ἀλόχου*, verbis uteretur »*τοίχου τοῦ ἑτέρου*«, si huic parieti alter cogitari non posset oppositus praeter priorem totius oeci parietem, in quo janua principalis aperta erat quique ab ipsa Ulixi sede erat remotissimus. Contra omnia recte habebunt, si Penelopen uni, Ulixem alteri parietum illorum intergerivorum propiorem fuisse sumseris.

[8]) Apionis glossam *μεσόδμη, ἡ μέση στέγη*, v. A, 2.) extr., et Bekk. Anecd. I, p. 259. 260 »*τὸ δ' ἰκριῶσαι, τὰς ἐκ μακρῶν ξύλων συντιθεμένας στέγας ὑπὸ στέγαις ἑτέραις (συνθεῖναι)*“ et ad hoc et ad illud *ὑπερῴων* genus referri posse patet.

a. 1844 ad me datis huc afferam. Qui l. l. ad Galeni verba (supra A, 1.) *οὕτως δὲ* (*μεσόδμη*) *ὀνομάζεται τὸ μέγα ξύλον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου τοίχου πρὸς τὸν ἕτερον διῆκον, ἔν τε τοῖς τῶν πανδοχείων οἴκοις τοῖς μεγάλοις ἐν οἷς ἱστᾶσι τὰ κτήνη καὶ κατ' ἀγρὸν ὁμοίως ἐν τοῖς γεωργικοῖς οἴκοις*) explicanda haec scripsit »*die Stelle bei Galen steht Ihnen gar nicht im Wege : πανδοχεῖα sind Karavanserais, wo im μέγας οἶκος auch für die Thiere der Reisenden Platz seyn muſs; damit diese aber nicht zu sehr geniren, so lauft an einer Wand in mäſsiger Höhe ein Korridor her, unter welchem sie ihre Lagerstätte finden, während darüber Menschen schlafen oder sonstige Geschäfte betreiben können.*« (Antiquum deversorium complurium contignationum describit Thuc. 3, 68, 2.)

Illam *μεσόδμης*, quam supra posuimus, descriptionem exprimunt multae vocis interpretationes a veteribus grammaticis traditae, ut Galeni A, 2, a.) et Hesychii 2, b.) *τινὲς δὲ τὰ τῶν δοκῶν διαστήματα*, scholiorum B. H. Q. ad τ, 37 *ἔνιοι δὲ τὰ μεταξὺ τῶν δοκῶν διαστήματα*, Eustathii p. 1855 *καθ' ἑτέρους δὲ τὰ μεταξὺ τῶν δοκῶν.* Nemo enim non videt *τὰς δοκοὺς* secundum glossas illas, quae accurate distinguuntur ab eorum opinione, qui *μεσόδμας* inter columnas exstructas esse putabant, super columnas esse ponendas, eadem *δοκῶν* significatione servata, atque in schol. Vulg. ad. τ, 37 *οἵτινες* (*κίονες*) *ἦσαν περὶ τοὺς τοίχους τὰ ἄκρα βαστάζοντες τῶν δοκῶν.* Quocum convenit, quod Galeni verba A, 2, a.) *ἡ καθ' ἕνα οἶκον εἰς δύο μεμερισμένον διορίζουσα τοῦ δοκοῦ εἶρξις*, quae ad hoc prius *μεσοδμῶν* genus referenda esse duximus, explicantur voce *δοκώσεως* (v. supra annot. 5.). Hanc vocem autem Hesychius sic interpretatur : *δόκωσις στέγη* et *ἡ δόκωσις ἡ στέγη.*

Sed **alterum** quoque *μεσοδμῶν* genus a compluribus interpretibus describitur, et quidem ab iis, quibus in aedibus Homericis explicandis summa fides habenda est. Scholia Vulgata enim ad τ, 37 ita : (v. supra A, 2, c.) *Μεσόδμαι : τὰ μεταξὺ τῶν κιόνων διαφράγματα, οἵτινες ἦσαν περὶ τοὺς τοίχους τὰ ἄκρα βαστάζοντες τῶν δοκῶν.* Unde efficitur, quum *δοκοί*, sive lacunaris trabes intelligis, sive, quod malo, ad tecti materiationem eas refers, columnis impositae fuisse dicantur, *διαφράγματα* illa *μεταξὺ τῶν κιόνων*, quibus *μεσοδμῶν* nomen indidit scholiasta, non eodem loco esse cogitanda. Immo sub *δοκῶν* illarum compage et sub epistylio vacua spatia relicta erant, per me licet, fere quattuor vel quinque pedum in altitudinem, quibus *διαφράγματα* illa, i. e. transversi parietes intergerivi, fere septem vel octo pedes supra oeci fundum editi, inter columnas substrata erant. Eandem *μεσοδμῶν* imaginem referunt non modo Eustathii verba p. 1855, supra 2, c.) *διαφράγματα ἢ καὶ διαστήματα μεταξὺ τῶν κιόνων, οἵ, φασι, περὶ τοὺς τοίχους ἦσαν*, ubi nemo, opinor, intervalla supra columnas relicta intelliget, sed etiam Aristarchi glossa *μεσόστυλα.* Quae vox quum (v. A, 3.)) locis a Ducangio laudatis significet »tabernas in intercolumniis exstructas« sive »tabulata intercolumnis (*sic*) affixa«, non minus quam quae sub E de *ταῤῥῷ* et ibid. de *κρεμάθρᾳ* ex Aristophanis scholiis attulimus, *κρεμάθρας* formam intelligi jubet, qualem hodie nomine Gallico „*soupente*“ appellamus. Qua in re ne hujus temporis exemplum desideres, exscribere liceat verba scriptoris Gallici »Courier«, qui in literis »*à sa cousine Madame Pigalle, Resina, près Portici, le 1er Nov. 1807.*« repetitis in *Süpfle franz. Leseb. S. 137 ff.* ejusmodi structuram adumbrat, quam in domo hospitis sui, carbonarii Calabri, deprehendit. »*Le souper fini, on nous laisse; nos hôtes couchaient en bas, nous dans la chambre haute où nous avions mangé. Une soupente, élevée de sept à huit pieds, où l'on montait par une échelle, c'était là le coucher qui nous attendait, espèce de nid, dans lequel on s'introduisait en rampant sous des solives chargées de provisions pour toute l'année. Mon camarade y grimpa seul etc.*« Vix tamen monendum erit, ne quis putet, Calabram

6 *

illam *κρεμάθραν* ad amussim Ulixeae *μεσόδμης* imaginem exprimere. Differebat enim illa e t l o c o, septem enim pedes non a fundo domus, sed a superioris contignationis fundo distabat et r u d i, ne dicam, squalido s t r u c t u r a e g e n e r e, cui generi *καλὰς* Homeri *μεσόδμας*, quamvis simplices fuerint, subjicere nolumus. Similitudinem vero inter antiquam *κρεμάθραν*, quam supra cum altero, Ulixeo, *μεσοδμῶν* genere comparavimus, et Calabram illam *soupente* non modo in nominibus inesse putamus, sed etiam in simili utriusque aedificii usu. Ut enim in *κρεμάθρᾳ τὰ περιττεύοντα* (*ὄψα*) *ἀποτίθεσθαι* solebant, v. supra E, coll. Arist. Plut. 811 *τὸ ὑπερῷον* — i. e. v. scholl. »*τὸ τέγος*« — *ἰσχάδων γέμει* et Xen. Oecon. IX, 3 *τὰ δὲ ξηρὰ τῶν στεγῶν τὸν σῖτον* (*παρεκάλει*), postremo Luciani verba per translationem dicta, supra C ad 4.) *ἐπὶ τὴν κατήλιφα ἀναῤῥιχησάμενος ἐπιφόρημα ἐζήτει*. — ita »*soupente*« illam fuisse cellam quandam penariam facile concedes. Ad hoc *κρεμάθρᾳ* sive *soupente*, qualem descripsimus, optime conveniet levis illa structurae ratio, quam significat *ταῤῥοῦ* nomen apud scholiastam in Arist. Nubes v. supra E. Neque aliena sunt, quae supra A, 5.) ad Hesychii verba *καναφόρος μεσόδμη* explicanda congessimus, quamquam ibi non tam domus *κρεμάθραι*, quam pergulae similis structurae prope viam publicam significantur (cf. Hesychii *γέῤῥα σκηνάς* et Et. M. p. 228, 48 *γέῤῥα* (sic Sylb. annot. ad l. l.) *καὶ αἱ σκηναὶ ἐν αἷς τὰ ὤνια ἐπιπράσκετο* coll. cum : *κατήλιφα* (C. 2.)) *σανίδα* (in caupona), *ἐν ᾗ πάντα τὰ πωλούμενα τιθέασιν*.

Restat, ut demonstremus, quomodo *κρεμάθρας* ejus ratio et cum Homerici oeci structura et cum *μελάθρου* illa circumlocutione *τὸ μέσον τῆς στέγης ξύλον*, a qua hanc in rem traducti sumus, apte possit consociari. *Κρεμάθρας* formam, si ordini illi columnarum inter *ἐσχάραν* et *μυχὸν* positarum affixam eam putas, ita fere animo fingas. Epistylium, etiam hac ratione probata, ab uno oeci latere ad alterum pertinebat, atque *κρεμάθρα* ex eo pendebat intercolumniis affixa ita, ut alia tigilla inter singulas columnas immissa, alia a columnis usque ad interiorem ipsius domus parietem introrsus pertinentia *κρεμάθρας* compagem sustinerent atque includerent. Seriem pergularum hac compage inter singulas columnas ortarum in solo ipsius *μυχοῦ* aditu interruptam fuisse judico. Columnis igitur ab utraque aditus hujus parte collocatis epistylium illud quidem aeque ac ceteris impositum erat, pergula affixa non erat, ne h u m i l i o r a tabulata *ἐσχάρᾳ* nimis essent propinqua, neve lumini per tecti foramen infuso in *μυχὸν* vel fumo e *μυχῷ* evolanti nimis officeretur. Ita altera illa, Ulixea, *μεσόδμης* forma, quam cum *κρεμάθρᾳ* (*soupente*) comparavimus, non modo conveniet ad loca circumjacentia, qualia supra ex Homericis carminibus depingere conati sumus, sed etiam secundum grammaticorum verba accurate expressa est. Inter columnas enim pergulae exortae sunt idque epistylii (*διατόνου*) significatione, quam *μεσόδμης* propriam esse vidimus, diligenter observata. Ad hoc difficultas illa verborum *τὸ μέσον τῆς στέγης ξύλον*, quae sola supra impedire videbatur, quominus vocibus »*μέλαθρον* D ad 1.) et *μεσόδμη* A 1.)« ejusdem trabis transversae vim subjiceremus, tolletur, si *κρεμάθρας* illius (alterius *μεσόδμης*) rationem probaverimus. »**Medium** enim t i g n u m t i g n o r u m *στέγης*« in hac ratione recte epistylium nominabitur, si contuleris e t tigilla transversa i n f r a epistylium inter singulas columnas immissa e t s u p e r i o r a materiationis tigna. Totam vero tigillorum et tignorum illorum compagem *στέγης* uno nomine appellari nemo mirabitur, quum *στέγης* nomine et lacunar et ipsum tectum significari posse supra (II, 9) demonstratum sit.

Sed quamquam *μέλαθρον* a grammaticis eandem trabem nominatam esse constat, cui *μεσόδμης* nomen vindicavimus, tamen sunt fortasse, qui apud Homerum si non omnibus, at plurimis in locis generaliorem »lacunaris totius, tecti, universarum aedium« significationem in voce *μελάθρου* inesse contendant. Vulgo enim a poetis domus universa hoc nomine appellatur. Exami-

nemus igitur singulos poetae locos supra D, ad 1.) et 2.) citatos. — 8, 277 Vulcanus ante alterum cf. v. 268 sqq. Martis adulterium in thalamum nuptialem se confert, ut lecti genialis spondae vincula circumfunderet. v. 279 adduntur verba *πολλὰ δὲ καὶ καθύπερθε μελαθρόφιν ἐξεκέχυντο κ. τ. λ.* Quae si interpretes, v. supra D, ad 1.) explicant : *ἐκ τῶν δοκῶν τῆς στέγης* sive *ὑπεράνω τοῦ μελάθρου· μέλαθρον δὲ κυρίως τὸ μέσον τῆς στέγης ξύλον τὸ ὑπότονον*, noli lacunar illius thalami proprium sive trabem mediam lacunaris hujus intelligere. Est *μέλαθρον* idem illud tignum *καλούμενον ἀπὸ τοῦ μελαίνεσθαι ὑπὸ τοῦ πυρός*, quod supra descripsimus cuique thalamum et amphithalamum haud raro vicinos fuisse ex hymno Hom. in Cerer., ex Galeni, Vitruvii, aliorum scriptorum verbis infra demonstrabimus. Utrimque a dextro et sinistro *μυχοῦ* latere cubicula illa sub communi illo *μεγάροιο μελάθρῳ* (22, 239) exstructa erant; suum cuique *μέλαθρον* opus non erat. — 19, 544 aquila a Penelope in somno visa *ἂψ δ' ἐλθὼν κατ' ἄρ' ἕζετ' ἐπὶ προὔχοντι μελάθρῳ*, quibus verbis Vossius permotus est, (pag. 455, ann. 38 ed. princ. repetitae, v. supra de aedd. I, p. 19, ann. 21 et II, p. 25 init.), ut anseres in domus mulierum conclavi ali putaret et in eadem aedium parte de fumarii cujusdam (*Rauchfangs*) margine aquilam Penelopae cecinisse diceret. At alterum caminum cum altero fumario veri similem non esse supra II, p. 26 post med. docuimus ex libro Beckeri „*Charikles*“ ed. C. F. Hermann. neque si maxime anseres ex illa domus parte rapti erant, hanc ob causam necessario Penelope ibidem cum ancillis lamentata, aquila vaticinata est. Postquam aquilam avolantem vidit, lamentans oecum mulierum vel *μυχοῦ* fores petere ibique amicarum pedisequarum corona cingi poterat cf. 4, 718 et supra (II, 25 sub extr.). Tum aquila per tecti foramen iterum devolasse et in margine extremo ejusdem illius *μελάθρου*, quale nos supra animo finximus, considens vocem edidisse videtur. Hanc rationem, modo rem ita fieri potuisse concedas, Vossianae praefero, ne simplicem *μελάθρου* vim, quam ex veterum interpretum verbis enodavimus, ex arbitrio mutasse videar. Neque Eustathii explicatio in l. l. allata : *Μέλαθρον δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὸ ἐξέχον τῆς δοκοῦ μέρος, οὕτω λεγόμενον διὰ τὸ μελαίνεσθαι καὶ θέρεσθαι ὑπὸ ἡλίου* obstat, nam nemo ob duo postrema verba (quamquam verum quoque *μέλαθρον* sole collustrari potuit v. II, 22 post med.) loco prominentis tigni transversarii, quod e fumido colore nomen invenisse traditur, semel supponet summum tignum tecti in altum erectum, quum *μέλαθρον* usquam de domus fastigio dictum esse non constet. Plane igitur probo, quod altera versio Vossiana l. l. exhibet *„und safs auf dem Simse des Balkens“*, modo mecum oeci virorum *μέλαθρον*, non domus mulierum intelligas. — — 22, 239. In tanta lectionum varietate, v. supra D, ad 1.) alterutrum datur; aut vulgata verba „*Αὐτὴ* (Minerva) *δ' αἰθαλόεντος ἀνὰ μεγάροιο μέλαθρον Ἕζετ' ἀναΐξασα, χελιδόνι εἰκέλη ἄντην*“ retinenda sunt, aut ex Theocriti scholio pro *αἰθαλόεντος* et, quae sequuntur, recipiendum est „*αἰθαλόεντας ἀνὰ ῥῶγας μεγάροιο*“. Ceterae lectionis varietates corruptum esse versum indicant, medicinam verborum non praebent. In vulgata quae offendere potuerunt, primum sunt verba *μεγάροιο μέλαθρον* (v. Et. Gud. p. 382, 25 et additamentum ad Et. M. e cod. Havn. 1971, v. Emendatt. ed. Kulenkamp. p. 960 „*οὐ γὰρ ἂν εἴποι τις οἴκου οἶκος*“), sed hanc difficultatem jam antiqui grammatici facile sustulerunt interpretando, sive *μέλαθρον τὸ ὑπότονον ξύλον* esse voluerunt, Et. M. 576, 16, coll. Gud. 385, 6, sive *τὴν δοκόν*, v. scholiastam in Apoll. Rhod. II, 1088, sive *τὴν ὀροφήν*, v. locos supra D, ad 1.) exscriptos. Deinde sunt, quibus displiceat adjectivum *αἰθαλόεντος* vocabulo *μεγάροιο* additum, non, id, quod exspectare debebas, vocabulo *μέλαθρον*, quae res Vossio tanti esse videbatur, ut suam conjecturam *αἰθαλόεντι ἀνὰ μεγάροιο μελάθρῳ* in vulgatae locum substitueret (hymn. in Cer. ad v. 187 — 189). Tamen adjectivum *αἰθαλόεις*, quamvis aptum sit voci

μελάθρου, cf. Il. II, 415, hanc ob causam a μεγάρῳ, cf. 19, 7, omnino abjudicare non poteris; ad hoc et codd. omnes et optima scholl. in Apoll. Rhod. vulgatam tuentur. *Μέλαθρον αἰθαλόεν* habet levissimae fidei auctor Et. Gudianus 385, 7; ille vero, cujus solius lectio proprii aliquid exhibet, scholiasta Theocriteus, et ab initio corruptela aperta *Αὐτοὶ* pro *Αὐτῇ* et in verbis, quae sequuntur, praepositioni ἀνὰ pro μεγάροιο μέλαθρον notam versus clausulam ex 22, 143 appinxit. Itaque quod scholiasta »illi farragini adnotationum raro bonarum, saepe ineptissimarum« (Fritzsche de poet. Gr. bucol. p. 37) proprium admiscuit, mirandum magis quam probandum videtur. Sed res aliter habet. Primum ipse locuples auctor modo laudatus p. 37, annot. * scholium Theocriteum in XIII, 13, quum in eo »ad interpretum sententias respici liqueat«, in eorum numero habet, quae margini carminum ex commentariis vetustissimorum interpretum adscripta esse judicat. Deinde propter ipsum mendum *Αὐτοί* pro *Αὐτῇ* librarius mihi sua non ex Homeri carminibus mutuatus esse, sed tradita, quamvis non intellecta, fideliter servasse videtur. Postremo, idque omnium multo est gravissimum, verba scholiastae *Οἱ δὲ αἰθαλόεν πέτευρον τὴν δοκὸν λέγουσιν. Ὡς καὶ Ὅμηρος· Αὐτοὶ δ' αἰθαλόεντας ἀνὰ ῥῶγας μεγάροιο* ne patiuntur quidem vulgarem Homerici versus lectionem. Id enim, quod scholiasta probatum it, *α ἰ θ α λ ό ε ν π έ τ ε υ ρ ο ν* apte dici *τ ὴ ν δ ο κ ό ν*, quum apud Homerum quoque eadem trabs sive similis quaedam *αἰθαλόεσσα* domus pars nominetur, id refutatur potius quam probatur verbis *αὐτῇ δ' α ἰ θ α λ ό ε ν τ ο ς ἀνὰ μ ε γ ά ρ ο ι ο μέλαθρον*. Contra optime habere *αἰθαλόεντας ἀνὰ ῥῶγας μεγ.*, si *αἰθαλόεντας* generis communis fuisse concesseris, cf. *ψολόεντος ἐχίδνης* Eust. p. 287, 32 et Krueger. gramm. gr. II, 1, § 22, 7, ann. 4., infra videbimus. Alteram rationem si scholii verbis accommodare velles, *αἰθαλόεντος ὑπὲρ μεγάροιο μελάθρου* codicum vestigia magis servaret quam Vossii lectio, quam supra exscripsimus. Utcunque res habet, *μέλαθρον* sive hanc vocem poeta scripsit sive interpres quidam hac voce *ῥῶγας* explicavit, hoc loco nihil aliud esse potest, quam *διάτονον* illud epistylium oeci virorum (*τὸ ὑπότονον ξύλον, ἡ δοκός*) vel tabulatum huic tigno impositum *ἡ ὀροφή*. — — De loco 11, 278 jam supra pag. 37 init. disputavimus et discrepantem ejusdem loci lectionem *Ἀψαμένη βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῖο δ ό μ ο ι ο* (Plut. de curios. c. 2 afferre quidem volumus, non refutare. — — Verba hymni in Cerer. 188 *μελάθρου Κῦρε κάρη* et hymni in Vener. 173. 174 (174. 175) *εὐποιήτου δὲ μελάθρου Κῦρε κάρη* optime quidem ad epistylium *διάτονον* sive trabem illam transversam referri possunt, sed uterque locus magnam habet difficultatem: prior, quia dubitari potest, utrum epistylium illud idem superum limen esse potuerit januae ad *μυχόν* ducentis, cf. de superi liminis vi supra D, ad 1.) extr., an Vossio auctore *μέλαθρον* alterum in oeco mulierum oporteat intelligi; alter locus (hymni in Ven.) corruptissime sic scriptus erat *ἔστη ἄρα κλισίῃ εὐποιήτοιο μελάθρου ἦρε κάρη*. Prima verba *ἔστη ἄρα* exhibent cod. Mosc., Par. A. C; Par. B solus *πὰρ* pro *ἄρα*. In extremo versu cod. Mosc. *κῦρε κάρη*. Quodsi Ruhnken. ad hymn. in Cerer. v. 188 ex codicum vestigiis restituit »*Ἔστη πὰρ κλισίῃ· εὐποιήτου δὲ μελάθρου Κῦρε κάρη*, solam particulam *δέ* et adjectivi *εὐποιήτου* exitum de suo dedisse videtur. Numerosus versus exsistit, modo sententia omni ex parte possit placere. Quid enim est illud *πὰρ' κλισίῃ?* Barnes. vertit »ad ostium« Matthiae »ad tugurii portam«. Mirum sane, quod Venus, Anchisen e somno excitatura (v. 176 *ἐξ ὕπνου τ' ἀνέγειρεν*), primum casam reliquit, deinde expergefactum allocuta est. At recte habebunt verba, si verteris »p r o p e t o r u m« i. e. *λέχος* v. 157, in quo Anchises cubabat, itaque vertendum esse non quidem colligo ex omnibus locis in Stephani thes. et Pass. ed. 5[ta] ad hanc significationem allatis, ut Eurip. Alc. 1006 (997), cf. schol. ad l. l., vel Ath. p. 474, d, sed ex Eurip. Iph. Taur. 836 (857) et ob Sertorii lectum tricliniarem in cubicularem mutatum (Plut. Sert. c. 26) res fit veri

similis. Obsecundat Suidae glossa : *Κλισία· ἡ σκηνή. λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ κλίνης.* — *Λέξομαι ἐν μυχάτῳ· κλισίη δέ μοί ἐστιν ἑτοίμη* »Cubabo in domus recessu, ubi lectus mihi paratus est« et Marci Argent. epigr. Anth. Palat. ed. Tauchn. Tom. I, p. 86, l. V, n. 127 : *Παρθένον Ἀλκίππην ἐφίλουν μέγα, καί ποτε πείσας Αὐτὴν λαθριδίως εἶχον ἐπὶ κλισίῃ·* aut si illi quoque loci omnem dubitationem de »lecti cubicularis« vi tollere non videantur — Bernh. priorem locum ad Babrii fabulam de muribus, quam Horatius expressit, *κλισίης* vocem igitur ad lectum tricliniarem referre voluit et in Anthologiae epigrammate verti potuerit »prope casam«; — malo equidem in loco hymni in Ven. scribere *Ἑσσαμένη δ' εὖ πάντα περὶ χροῒ δῖα θεάων Ἔστη·* (*Ἑσσαμένη ἔστη* absolute positum ut Il. XV, 6 *Στῆ δ' ἄρ' ἀναΐξας*) *ἀτὰρ κλισίης εὐποιήτοιο μελάθρου Κῦρε κάρη· κάλλος δὲ παρειάων ἀπέλαμπεν Ἄμβροτον κ. τ. λ.*, quam in vulgatae interpretatione »ad ostium« acquiescere. — — II, 414 *μέλαθρον* non solam trabem, sed tabulatum ei impositum sive mavis eam domus magnae partem, quae tabulato illo tegitur, significare videtur, v. locum Eustathii supra D ad 2.) exscriptum. Sunt quidem haud pauci, qui hoc loco universas aedes intelligi velint et *θύρας* (*πυλῶνας* paraph. Bekkeri) igni cremandas, quae eodem in versu nominantur, aulae portas esse dicant. Quid, quod multi etiam *αἰθαλόεν* illud *μελάθρου* trabis proprium per anticipationem explicant „antequam igni delendam (domum) Priami pronam dejecero«. Equidem *αἰθαλόεν* (cf. Naegelsb. ed. 2[dae] ad. Il. II, 414, p. 198) per anticipationem usurpatum non puto, sed fumidum *μελάθρου* colorem indicare judico. *Μέλαθρον* ipsum et ob verbum *καταβάλλειν πρηνές* proprie dictum, cf. *τὴν στέγην καταβαλεῖν* (supra II, 15 extr.) et ob similem *μεσόδμης* mentionem in urbis excidio describendo factam, supra pag. 30, v. 9, malim habere *τὴν ὀροφήν* i. e. tabulatum trabi illi impositum, quamquam etiam ipsum *μυχόν* sub trabe illa situm intelligi posse concedo, ita ut fere consentiant, quae Naegelsb. l. l. his verbis declarat : »*Μέλαθρον bedeutet hier gewiss nichts anderes, als des Priamos Familiensaal, in welchem, wie bei Odysseus Od. τ, 7 ff. und Alkinoos Od. η, 153. 154, der Heerd des Hauses stand, auf welchem das Heerdfeuer brannte*“. Certe arctioribus his finibus vocis vim fuisse circumscriptam, antequam universae aedes ex hac parte, ut *ἀπὸ τῆς ἑστίας τὸ ὅλον οἴκημα*, Eustath. supra D, ad 2.), nomen caperent, demonstrari potest. Examines enim, quaeso, Homericum vocis usum. — IX, 204 in verbis *οἱ γὰρ φίλτατοι ἄνδρες ἐμῷ ὑπέασι μελάθρῳ* praepositio non minus proprie dicta est quam 18, 150 *ἐπεί κε μέλαθρον ὑπέλθῃ*, ad quem locum Eustath. 1841, 40 *καὶ δοκεῖ καιριώτερον εἶναι τὸ ὑπέλθοι τοῦ εἰσέλθοι.* Utroque loco penetralia domus, *μυχός* ille proxime focum epistylio *διατόνῳ* tabulatisque ei affixis tectus, indicantur. Accuratius quoque eadem vocis vis ab ipso poeta quasi explanatur. IX, 640 enim verba *αἴδεσσαι δὲ μέλαθρον* sequuntur haec : *ὑπωρόφιοι δέ τοί εἰμεν*, paraphr. Bek. *ὑπὸ τὴν αὐτήν σοι στέγην*, schol. Lips. autem in v. l. *ἀξιολόγῳ ὀνόματι ἱκετεύει· τὸ γὰρ αἴδεσσαι μέλαθρον τοὺς πρόσφυγας τῆς ἑστίας λέγει, αἴδεσσαι· τὸ δὲ ὁμοτράπεζον καὶ ὁμόστεγον προτείνας καὶ πολέμιον ἂν ἐνίκησεν, ὡς καὶ τοῦ οἴκου συμπρεσβεύοντος*, cf. etiam Eustath. ad v. 636, p. 780, 17 sqq. Quid, quod etiam ab aliis poetis penetralia illa domus prope focum *τῇ στέγῃ* tecta *μελάθρων* voce appellata reperimus. Nonne enim duplici nomine eandem domus partem significat Aeschyleus Agamemno v. 818 ed. Herm. *νῦν δ' ἐς μέλαθρα καὶ δόμους ἐφεστίους Ἐλθὼν θεοῖσι πρῶτα δεξιώσομαι* coll. v. 924 *εἶμ' ἐς δόμων μέλαθρα* et v. 935 *καὶ σοῦ μολόντος δωματῖτιν ἑστίαν*, sacra penetralia illa dico, in quibus ante omnia diis pro reditu felici gratias agere fas erat.

Μέλαθρον autem, quale modo descripsimus, *μυχόν* illum proxime focum, etiam *μαγειρείου* »culinae« nomine explicari (v. supra D, 6) non miraberis, quum non dubie eodem illo foco

sacerrimo in mediis aedibus sito (supra II, 20) antiquissimi Graeci usi sint ad cibos parandos (addit. ad Beck. Charicl. ed. 2da, p. 74, init.) et idem memoriae proditum sit de antiquo Romanorum atrio, in quo prope focos penetrales »antiqui epulabantur« (Cato apud Servium in Virg. Aen. I, 730). Servius enim ad l. l. addit »ibi et culina erat« cf. Rein. ad Beck. Gallum ed. alter. tom. II, p. 170. Neque dubito, e quo tigno sive tabulato fumoso (*μελάθρῳ*) Graecos antiquo more varia instrumenta pependisse videantur, Hes. *ἔ. κ. ἡ.* 45 et 629 »*πηδάλιον ὑπὲρ καπνοῦ*« (cf. Heliodor. Aethiopic. V, 3 »*καὶ ἄρτι μὲν ὑπερθύροις ἄρτι δὲ σκεύεσιν, εἴ πῃ τι τῆς ὀροφῆς ἤρτητο, τὴν κεφαλὴν προσαράσσων*«), ex simillimo antiquos Romanos suspendisse et »robora stivae« Virg. Georg. I, 175 et »arma venandi laxanda fumo« Grat. Falisc. v. 56 et »quae fumoso suspensa tigillo Conservabat opes humilis casa« Petron. c. 136 (coll. Ovid. Met. VIII, 649 et Vossio ad Georg. II, 242). Hinc comparare licebit *προὖχον μέλαθρον* (supra pagina 41, v. 12) cum Plautinis verbis (Aulular. II, 4, 22) »De suo tigillo fumus si qua exit foras«; praeter quod tignum, opinor, fumus ad tecti foramen etiamtum evolare solebat, postquam (posteriore tempore) *τοῖς μαγειρείοις καπνοδόχη σωληνοειδής, δι' ἧς ὁ κάπνος ἔξεισι* cujusque *πῶμα* appellatur *τηλία* apud scholl. in Arist. Vesp. v. 143. 147 et Suid. in v. *τηλία*, inventa est.

Jam facillime explicatur, quamobrem Graeci *μελάθρου* nomen, quod, ut antiquum Romanorum atrium, sacerrimum locum domus, penetralia aedium, significasse demonstravimus, postea ad universas aedes transtulerint. Hanc in rem enim non modo afferre licet verba Eustathii (supra D ad 2.)) *ἐκ τούτου καὶ ὁ ὅλος οἶκος μέλαθρον, ὥσπερ καὶ ἀπὸ ἑστίας τῆς τοῦ πυρὸς ὡς ἐκ μέρους ἑστία τὸ ὅλον οἴκημα*, sed etiam simillimam translationem in Germanica voce admissam. Nam vocem *cheminâtâ (ahd.), chemenâte, Kemenâte (mhd.)*, quacum Benary, *Zeitsch. f. Sprachvergl. v. Kirchh. u. Aufr. Heft I, p. 77* Graecorum *μέλαθρον* comparavit, nemo non videt idem esse, quod latina lingua mediae aetatis nominatum sit »*caminata*«, et a »camino« dictam esse (cf. Italorum *caminata Saal*, Gallorum *cheminée Rauchfang Diez etym. Wörterb. d. roman. Spr. p. 83*). Recte igitur glossa Aelfrici apud Diez. l. l. »*caminatum fŷrhus (Feuerhaus)*.« Tamen eadem vox non modo conclave camino instructum, sed quodvis conclave, immo quamlibet domum significat, cf. *Schmeller bayr. Wörterb. II, 295*, ita ut simillima translatio in simillima re facta sit.

Duplex tamen difficultas in ea, quam supra explicavimus, *μελάθρου* ratione relinquitur, **primum**, quod nos *μέλαθρον* idem esse contendimus, atque penetralia domus (*Familienzimmer*), in quibus hospites prope focum excipi (*ἑστιᾶσθαι*), mulieres familiaque haud raro versari vel epulari soliti fuerint. Alii vero in aula potius id factum esse docent e Plutarchi verbis de curios. c. 3 *πάλαι — ῥόπτρα κρουόμενα πρὸς ταῖς θύραις αἴσθησιν παρεῖχεν, ἵνα μὴ τὴν οἰκοδέσποιναν ἐν μέσῳ καταλάβῃ ὁ ἀλλότριος, ἢ τὴν παρθένον ἢ κολαζόμενον οἰκέτην, ἢ κεκραγυίας τὰς θεραπαινίδας* et Demosth. *κατ' Εὐέργ.* 55 *ἔτυχεν ἡ γυνή μου μετὰ τῶν παιδίων ἀριστῶσα ἐν τῇ αὐλῇ κ. τ. λ.* (v. Hermanni addit. in Beckeri Chariclem p. 76). Sed certe epulatos esse antiquos homines saepe prope focum (in *μυχῷ* illo *μελάθρου*) jam recte colligitur ex verbis Aristoph. Pac. 1130 et 31 »*οὐ γὰρ φιλήδω μάχαις, ἀλλὰ πρὸς πῦρ διέλκων μετ' ἀνδρῶν ἑταίρων φίλων*«. Scholiasta enim ad v. 1131 »*συμπίνω καὶ εὐωχοῦμαι πρὸς τὸ πῦρ, τουτέστι μέσον τῆς οἰκίας καθεζόμενος*« et ad vocem *διέλκων* : »*Διάγων παρὰ τῇ ἑστίᾳ*« cf. etiam Plat. de rep. IV, p. 420, e »*τοὺς κεραμέας κατακλίναντες ἐπὶ δεξιὰ πρὸς τὸ πῦρ διαπίνοντάς τε καὶ εὐωχουμένους*«. Et quidni variis anni temporibus locum coenandi Graecos mutasse putemus, ut antiquos Romanos, cf. Varro de vita pop. Rom. apud Non. II, 112 (Rein. ad Beckeri Gallum II, p. 180):

»Ad focum hieme ac frigoribus coenitabant, aestivo tempore in propatulo, rure in corte, in urbe in tabulino, quod maenianum possumus intellegere tabulis fabricatum.« — **Altera** quaestio, quam solvendam proponimus, ad ipsum *μελάθρου* nomen pertinet. Quaerenti enim, qui factum sit, ut *μέλαθρον*, quod trabem illam transversam oeci virorum significabat, ad culinae et penetralium oeci vim aberraverit, quum ceterae voces, supra A usque ad E, ab ejusdem trabis significatione ad *ὑπερῷου* cujusdam vim ductae sint, recte, credo, respondebo »propter ipsam vocis originem.« *Μέλαθρον* enim, a *μέλας* appellatum, aptissime eas domus partes significabat, quae fumo maxime subjectae nigerrimum traherent colorem, ut mediam trabis illius partem et ipsum *μυχοῦ* locum trabi illi subjacentem. A nobis vero facit, quod simillimum antiqui atrii locum ab atro colore appellatum esse dicunt. Th. Mommsen. *Röm. Gesch. Lpz. Weidm. 1854*, Tom. I, p. 17 ita : »*Das griechische Haus, wie Homer es kennt, ist im Wesentlichen dasselbe, das in Italien beständig festgehalten ward; das wesentliche Stück und ursprünglich der ganze innere Wohnraum des lateinischen Hauses ist das Atrium mit dem Ehebett, dem Hausaltar und dem Heerd, dessen Rauch die Decke schwärzt — daher der Name — und durch ein Loch in derselben abzieht; ihm gleicht durchaus das homerische Megaron mit Hausaltar und Heerd und schwarzberußter Decke*«, modo in voce *μέγαρον* distinguas *μυχὸν μεγάρου* i. e. *μέλαθρον* et universum *μέγαρον*, *οἶκον* foco *περιῳκοδομημένον* (v. supra II, p. 19 sub extr.), verba autem „*Hausaltar und Heerd*“ ad unam *ἐσχάραν* referas, quum ara praeter ipsum illum focum a poeta non in domo, sed in aedium aula memoretur. — E ceteris vocabulis similia significantibus duo, *μεσόδμη* i. e. *μεσοδόμη* (v. supra pag. 30, med.), et *πέτευρον*, sive *πέταυρον*, *πέδαυρον* aeolice pro *μετέωρον* dictum esse putas (cf. Pass. ed. 5[tam] in v. et grammaticorum locos apud Ahrens. de dial. Aeol. p. 151, annot. 4 cum Hes. in v. „*ὅταν ἐν μετεώρῳ κείμενον — πέτευρον λέγεται*«), sive *πέταυρον* a *πέτομαι* ductum putas (Lobeck. path. 259 [par. 291]), ipsa sua origine *ὑπερῴων* generi tribui videntur. — *Κατῆλιψ*, ut in ipsa origine nihil inest, quo ad sola *ὑπερῷα* hanc vocem referre jubeamur, — sive, id quod olim conati sumus, a radice *λιβ* et scindendi notione eam ducis, cf. de aedd. I, p. 30—35, sive *ἀπὸ τοῦ ἀλείφειν πηλῷ* nominatam putas, v. Bekk. Anecd. p. 1200 et Dind. in thesauro Stephani ed. Paris. ad v. et compara verba Philonis Belop. lib. V *ἐν ὑπερῴοις διαλελειμμένοις* (*διαληλιμμένοις* repone) *ἐν ἀμόργῳ* Hemsterh. ad Poll. X, 30, n. 86 coll. Plin. h. n. 35, c. 14 »illini quidem crates parietum luto quis ignorat?« et Pallad. de re r. 1, 19 — ita certe causa non invenitur, quare prae ceteris vocibus mediam illam trabem vel locum huic trabis parti subjacentem designet. — Unum igitur restat vocabulum *ἀντῆρις*, quod ipsa significatione *ὑποστηρίγματος*, Et. Gud 59, 3 coll. Hes. supra B, magis ad *ὑπερῷον* quam ad *πρόςγειον οἶκον* spectare videtur. Originem vocis ex praepositione *ἀντί* pendere certum est, sive *ἀντήρης*, cujus paronymum feminini generis esse videtur *ἀντῆρις*, compositum putas ex *ἀντί* et *ἄρω*, sive paragogico exitu fictum, ut *ὀλιγήρης* (Lobeck. path. prol. p. 267) et *ἀγχήρης* ab *ἄγχι* auctore Rostio ad v. in 5[ta] ed. lexici Passoviani. Inde certo efficitur vim »fulciendi, adnitendi, acclinandi« in voce inesse debere. Contra dubitari licet, utrum *ἀντήριδος* i. e. *μεσόδμης* nomen ductum sit a tibicinibus illis in berro (v. glossas veteres supra in B et adhibe, si tibi videbitur, ad obscuram »berri« vocem enodandam Graecorum *βᾶριν* i. e. *πύργον, κλίνην, αὐλήν, στοάν, μεγάλην οἰκίαν, ξυνοικίαν, περιάμφοδον* Et. M. 188, 30; Hesych. Suid. in v. *βάρεις*, Valcken ad Ammon. p. 44. 45, Vitruvii »baricae phalae« III, 3 (2), 5, quibuscum Schneider. in l. l. componit »suggestum faleris« Varron. r. r. 3, 5, 14, i. e. humile podium in ornithone), quibus *μεσόδμης δοκός, ἰκρίωμα*, immo totum *ὑπερῷον* fultum erat, an ipsa trabs transversa, quippe cui *ὑπερῷον* impositum esset, fulcri nomine appellata sit, an

denique lorica quaedam, ut propugnaculis illis (supra Eustath. B ad 1.)), ita ὑπερῴοις circumdata appellandi fuerit causa. Haec proxima ratio minime spernenda esse videtur, quum eaedem veteres glossae supra B allatae exhibeant »Obices ἀντηρίδες ἀντιθέσεις« et facillime ita explicentur Suidae verba : Ἀντῆρις (de accentu supra ann. 6.)) δὲ ἀντήριδος, καὶ σημαίνει τὴν θυρίδα. Neque enim dubito, quin fenestrae significentur, quales antiquo tempore fuisse dicit Hieron. in Ezech. 41, 16 : »Fenestrae factae erant in modum retis instar cancellorum, ut non lapide speculari nec vitro, sed lignis interrasilibus et vermiculatis clauderentur«. (Theod. Obbar. ad Hor. Carm. I, 25, 1.). Verisimilior autem res fit, quum etiam apud alios priscae simplicitatis homines, ut apud Germanos mediae aetatis similem rem simili voce appellatam reperiamus. Nam quod nos dicimus „*Lehne*“ aeque ac verbum »*lehnen*« a plur. praet. verbi *goth.* *hleinan (?) ahd. hlînan (?)* κλίνειν, ac-clinare ductum media aetate sonabat »*lënâ*« et non modo significabat, ut ἀντῆρις, »fulcrum, fulcimentum, reclinationem« (Kilian. Etym. teut. ling. in v. et Ben. Muell. 1, 964ᵃ), sed etiam »podium« (vid. ibid. et voc. opt. 4, 64) i. e. pergulam sive porticum superiorem extra domus parietes porrectam. Altera autem forma ejusdem vocis »*line*« (ahd. *linâ — hlinâ —*) non modo »reclinatorium« (Graff IV, 1095) et »cancellos« (*linun* Gl. Mons. ad II (IV) Reg. 1, 2 »cecidit per cancellos coenaculi«) significat, sed etiam plane »fenestram clathratam« — cf. Graff l. l. 1096 : Bibl. 5 *linen* cancellos (de fenestra per cancellos prospexi) — et, qui locus omnium maxime est perspicuus, *Frauendienst Ulrichs v. Liechtenstein bei W. Wackernagel ad. Lesebuch p. 627 :*

„*Dô ging ich von den ſiechen dan*
Gegen einer line hin nâher ſtân.
Dâ für ſô was ein tepich guot
Gehangen, als man ofte tuot
Für line dâ man wil windes niht
Noch lieht : für div eʒ geſchiht.
Vor der line der tepich hie :
Dar in vil chleine iht windes gie.“

et pag. 628, 1

„*Sâ dô ich die bet geſprach,*
Ein iuncfrowe ûʒ der lin her ſach.
Dô si vns sach dô ſunder ſtên,
Vnd vnſer wâren niwan zwên,
Dô tet si wider zu die lin,
Vnd gie ſâ zu ir vrowen hin :

cf. ibid. v. 9 „*ûʒ dem tor*“, ne „*line*“ januam significasse videatur. Sed ne confidentius rem incertam judicem, potuit ἀντήριδος nomen etiam a media illa trabe transversa vel ab ὑπερῴῳ ei imposito tibicinibusque fulto ad vim »fenestrae« transferri, quum et antiquo tempore pleruinque fenestras in superioribus contignationibus apertas fuisse veri simile fiat, cf. locos Aristophanis et Plutarchi apud Becker. Charicl. I, 203. 204 et Gallum ed. Rein. II, p. 220 extr., et pro rimis clathratis vel velo obductis sine dubio saepe liberet pergulis vel maenianis extra domum porrectis ad spectandum uti (cf. Plin. h. n. XXI, 3, 6 Fulvius — e pergula sua in forum prospexisse dictus — Rein. ad Beck. Gall. II, 201, de Maenianis doctissimam Osanni dissert. de col. Maenia p. 22 et passim —), quum denique re vera simillima translatio usu

veniat in Italorum *„balco, balcóne“*, nam est *„balco, m. ein hoher offener Platz — Bühne, Erker — Stockwerk; balcóne, m. ein Fenster — Balkon.“* [9])

Ῥωγῶν nomen si explicare voles, non ex veterum interpretationum inopia, sed ex nimia copia laborabis. Sunt enim sex septemve inter se diversae opiniones, quas grammatici ad Homeri verba *ἀνὰ ῥῶγας μεγάροιο* Od. 22, 143 explananda afferunt. 1) Sunt qui significari velint *τὰς ἐν τῷ μεγάρῳ διόδους* Et. M. 99, 4 cf. *δίοδοι* Eustath. 1922, 3 vel *τὰς τῆς οἰκίας ὑπερῴας διόδους* schol. Vulg. ad l. l., *τὰς τῆς οἰκίας διόδους ἐν τοῖς ὑπερῴοις οἴκοις* Hes. in v. *ἀνὰ ῥῶγας μεγ.* 2) Alii *τὴν ὀρσοθύραν* intelligi volunt, *τὴν ἐκτομάδα*, quo nomine *τινὲς τὴν ὀρσοθύραν ἡρμήνευσαν* Eust. 1921, 16, quamquam Hes. in v. *Ῥῶγας* (sic) utramque vocem discernit, cf. Et. M. 99, 4 sqq. *οὐδέτερον ῥώγας, ὡς κῶας, ἵν' ᾖ τὸ ἀνάῤῥηγμα τοῦ τοίχου* et 705, 45 *τὴν ὀρσοθύραν ῥωγάδα καλοῦσιν, οἷον ἔκρηγμα οὖσαν καὶ διακοπὴν τοῦ τοίχου.* 3) Multi *ῥῶγας* interpretantur *»θυρίδας«*, Hes. in v. *ῥῶγας*, Apollon. Soph. p. 139, 24 et 30, 28 ed. Bekk.; Eustath. p. 1922, 3; schol. Vulg. ad *χ*, 143; glossa 2dae manus in cod. Monac. ad l. l., 4) nonnulli »scalas« *τὰς ἀναβάσεις ἀπὸ τοῦ διεστάναι* Et. M. 99, 4; Apoll. Soph. p. 30, 27; (Περὶ ῥωγῶν.)

---

[9]) Vocabulum *»Balkon«* ab Italorum *»balcóne«* ductum adque nostrates translatum esse nemo ignorat. Etiam Italam vocem e Germania ad Venetos migrasse olim jam adnotavit Baldus in Lex. Vitruv. ad v. »contignatio«: »Frequentissime utuntur hoc vocabulo Latini auctores ad significandam partem illam domus, quam nos solarium, Veneti Germanica voce Palcum, Graeci *στέγας*, et Galli Graecos imitantes estages dicunt« (*estage* a *στέγη* Du Cange quoque in Append. ad Lexicon med. Graec. appellatum putat, rectius Diez. *etym. Wörterb. der roman. Spr.* a stare, status, staticus. Contra, quae l. l. de Laet., Antwerpianus, adjicit: »Nostrates ejusmodi contignationes appellant Soldren, quae vox alludit ad solaria«, recte habent. Solarium est Batavorum *Soldren*, hodie *zolders*, pl. vocis *zolder* i. e. nostrum *Söller*, ut Batavorum *kelder* nostrum *Keller*). — E Germanica igitur lingua vocem *balcóne* Itali depromserunt, ex Italia eadem vox ad Germanos rediit. Sed unde ipsum vocabulum *Balke* sive *Balken* olim repetitum sit, vel, ut accuratius loquar, ad quod vocabulum antiquarum linguarum stirps vocis *Balke* referenda sit, non liquere dicunt v. Grimm. et Weigand. *deutsche Wörterbücher* in v. Mihi vero quum persuasum sit in Graeca lingua cognatam vocem latere, paulisper in enodando hoc vocabulo ludere liceat. J. Grimm. in grammatica Germ. linguae Tom. II, p. 388 sqq. demonstrat, secundum leges Germ. linguae saepe in exitu vocis inter binas consonantes literas vocalem **a**, qua ultima consonans simplici stirpi copulata fuisset, esse omissam. Ita voces masculini generis *halm* (v. ib. p. 145), *joh-hal-mo* (ib. p. 147), quarum illa pleniori, haec debiliori declinandi formae subjicitur, ab *halam* et *halamo* fictae et Latinorum calamo cognatae sunt. Neque aliter nostrum *Balke* (*Balken*) *ahd. balko*, *palcho* ex *pal-a-cho* (ib. p. 279. 280 *δ.*), *altn. bâl-kr* strues, trabs a *bal-a-kr*, quocum conveniret *ahd. pal-a-h(ch)*, ortum esse dicit. Quodsi Germanicum *»palach«* mutatis literis secundum linguae Graecae leges mutandis in Graecum verteris, efficies *φαλαγ*, quam primigeniam vocis *φάλαγξ*, *φάλαγγος* formam esse contendo. Quem enim offendet nasalis stirpi *φαλαγ* inserta, quum similia non modo saepissime in verborum radicibus admittantur, ut in *τυγχάνω* a *τυχ*, *λαγχάνω* a *λαχ*, sed etiam in nominibus usu veniant, ut in *φάρυγξ*, *γγος*, cujus genitivum Homerus Od. 9, 373; 19, 480 fingit *φάρυγος*, in *λάρυγξ*, *γγος*, Attice *λάρυγος* Et. M. p. 788, 34: *Ἰστέον ὅτι φάρυγξ φάρυγος δι' ἑνὸς γ κλίνεται* et 36 *ὁμοίως δὲ λάρυγος Ἀττικῶς*. Vix autem aptius exemplum inveniri poterit voce *Σάλαγξ* (literam *γ* ante *ξ* tuetur ordo literarum) apud Hesychium *μεταλλικὸν σκεῦος, ὥσεὶ ἔλεγε σιδηροπλάτης* (*ὃ καὶ ἔλεγον σιδηροπλάτην* vel *σιδηροπλύτην* — sic — Sopingius v. Hemsterh. ad Poll. X, 149, n. 95), si comparaveris Pollucis l. l. *Μεταλλέως σκεύη θύλακες, περίοδος, σάλαξ — Θεόφραστος ἐν τῷ Μεταλλικῷ — σάλακα τὸ τῶν μεταλλέων κόσκινον.* Accedit, quod in aliis quoque vocabulis, ut *»Luchs, ahd. luhs, ags. lox*, gr. *λύγξ«*, Germanica lingua simplicem radicis formam servavit, Graeca nasalem inseruit. Ut vero Graecorum *φάλαγξ* justa literarum mutatione in Germanorum *palah* vel *palacho* verti demonstravimus, ita utriusque vocis vis optime congruit. Antiquissimam significationem *φαλάγγων* servavit Herod. III, 97 *οἱ Αἰθίοπες ἀγινέουσι διηκοσίας φάλαγγας ἐβένου* »tigna sive palos ebeni.« Eadem vis apparet in »*φάλαγγες* palangae vel phalangae, i. e. fustes teretes, quae navibus subjiciuntur«, in »*φάλαγγες τὰ ἐκ ξύλων οἰκοδομήματα* Eustath. p. 469, 18«, aliis. Vulgo idque jam apud Homerum vox non aliter ad ordinem sive aciem militum transfertur atque Romanorum »columna i. e. Francogallorum colonne.« De ceteris ejusdem originis vocibus: lat. »planca« apud Festum, Romanensium linguarum formis ex eadem stirpe aptis, deque nostratium *Planke* et *Blankscheit* cf. Diez. et Weigand. libris laudatis ad voces illas.

τὰς κλίμακας καὶ αὐτοὺς τοὺς βαθμοὺς τῶν κλιμάκων Hes. in v. ῥῶγας; glossa 3[tiae] manus in margine cod. Monacensis διὰ τῶν κλιμάκων τῷ τοὺς βαθμοὺς ἔχειν κεχωρισμένους. 5) Apoll. Soph. p. 30, 28 ed. Bekk. οἱ δὲ ἀναῤῥῶγας ἀντὶ τοῦ ἀνὰ στενοὺς τόπους. 6) Scholiasta Theocriteus in Id. 13, 13, cujus verba supra pag. 35, v. 9 sqq. exscripsimus, ῥῶγας αἰθαλόεντας, si non ipsum αἰθαλόεν πέτευρον i. e. τὴν δοκόν, at simile quid habere videtur. Varietatem interpretationum perlustranti facile omnes suspectae et interpretum divinatione, quippe qui, quae nescirent, ex vocis origine vel ex ipsis rebus ab Homero traditis colligerent, ortae esse videntur. Equidem aliter judico. Antiqui temporis interpretes (οἱ παλαιοὶ) σχηματίζοντες (Eust. 1921, 54) ποῦ ὀρσοθύρη καὶ ποῦ ὁ θάλαμος, καὶ τὰς ῥῶγας τοῦ οἴκου καὶ τὴν αὐλὴν καὶ τὰ λοιπά, ὡς ἐν τοῖς τῶν ἀντιγράφων ἀκριβεστέροις κεῖται, sine dubio incerti non haerebant, utrum ῥῶγας »scalas« vel »scalarum gradus«, an »fenestram«, an »angustos locos« fuisse putarent [10]. Sed quamquam concedendum est, nos ignorare, an ipsae illae καταγραφαί, de quibus Eustath. l. l. verba facit, inter se valde discrepuerint, tamen veri simile non est, eorum, quae in Homericis carminibus in Graecia nunquam non recitatis vel lectitatis descripta fuissent, jam antiquo tempore adeo evanuisse memoriam, ut ne vestigium quidem veri fuerit relictum et, quaecunque tradita sint, merae conjecturae haberi debeant. Multo veri similius est (v. supra de θύρᾳ ἐκτομάδι Hes. in v. ῥῶγας et Eustathii obscuram enarrationem loci de ὀρσοθύρᾳ p. 1921) saepe varia nomina, quibus antiqui interpretes usi essent ad eandem rem significandam, a posterioribus grammaticis ad diversas res esse relata, id quod in voce ῥωγῶν eo facilius fieri potuit, quum origo vocis aperte a ῥήγνυμι ducenda ad suam quemque conjecturam faciendam invitaret. Sed jam singula perlustremus. Omnium interpretationum facillima esse videtur »θυρίς, fenestra«, quum ῥώξ a veteribus lexigraphis »ῥῆγμα, σχίσμα fissum, rima« explicetur et rimarum nomen antiqui temporis fenestris valde conveniat. — Si constat Melanthium v. 143 eandem viam iniisse, quam Agelaus v. 132 proposuerat ineundam verbis οὐκ ἂν δή τις ἀν' ὀρσοθύρην ἀναβαίη (neque audiendus Eustathius, — 1921, 39 ἐν τούτοις δὲ φασιν οἱ παλαιοὶ καὶ ἑτέραν ὀρσοθύρην εἶναι, δι' ἧς ἀνελθὼν εἰς τὸ ὑπερῷον Μελάνθιος ἀνείλετο τὰ ὅπλα — quem veterum interpretum enarrationem falso intellexisse et vera falsa miscuisse infra in capite de ὀρσοθύρᾳ demonstrabimus), — — Melanthius ἀναβαίνων ἀνὰ ῥῶγας μεγάροιο in locum quendam per ὀρσοθύραν ascendit. Atqui etiamsi non per ὀρσοθύραν ascendisset, in fenestras ascendisse recte non diceretur. Quamquam enim libenter concedo, in ὑπερῴῳ, quod transiret, fuisse fenestras sive a sola oeci

---

[10]) Cave, ne formam aedium in cod. H. σ, 102 lineis descriptam (v. G. Dindorfii schol. Gr. in Odysseam II, p. 659) et in tabula lithogr. extremae huic commentationi addita in fig. 3 expressam ex antiquis illis adumbrationibus fluxisse putes. Harlejani codicis deformatio ad solum illum locum explicandum excogitata esse videtur. Quum enim interpres ex Homeri verbis ὄφρ' ἵκετ' αὐλὴν Αἰθούσης τε θύρας collegisset, Ulixem, postquam totam aulam transiisset, ad αἰθούσης θύρας pervenisse et Irum ποτὶ ἑρκίον αὐλῆς acclinasse, αἴθουσαν extra aulam ab utraque parte προθύρου ipsius domus collocavit et appinxit verba παρὰ τὸ καθῆσθαι ἐκ τῆς αὐλῆς. Sed etiamsi verba appicta negligere et vocem »αἴθουσα« extra aedium lineas adscriptam ad transitum ex androne ad aulam referre vellemus, res male haberet. Ita ἑρκίον αὐλῆς, cui Irus acclinaretur, tangeret quidem αἰθούσης θύρας, sed αἴθουσα ipsa amplius non exstaret neque quidquam nisi domus janua esset. Eandem difficultatem alio modo tollere conatus est, qui in codd. B. Q. ποτὶ ἑρκίον αὐλῆς explicavit: εἰς τὸ περίφραγμα τῆς αὐλῆς, ἀντὶ τοῦ τῷ περιεχομένῳ τόπῳ τῆς αὐλῆς. Itaque ἑρκίον αὐλῆς circumlocutione quadam dictum esset aut pro ipsa aula aut pro porticu intra muros et columnas quasi inclusa (περιεχομένῃ) atque subdiales aulae locos cingenti, et Ulixi non per aulam progrediendum fuisset, sed tantum ad eam προθύρου domus locum, qui aulam tangeret. Sed ea fieri nequeunt. Equidem quo modo locum obscurum (18, 102) illustrare conatus sim, vid. supra de aedd. Hom. I, p. 18.

parte sive ab utraque apertas, et qui eas praeterierit, recte dici *βαίνειν ἀνὰ τὰς ῥῶγας* i. e. ire secundum fenestras, tamen *ἀναβαίνειν ἀνὰ τ. ῥ.*, praesertim comparanti *ἀν' ὀρσοθύρην ἀναβαίη*, eadem sententia accurate dictum non videbitur. Confecto potius ascensu fenestras praeteriit. Etiam »*nach den Fenstern hinauf*«, si recte ita dicatur *ἀναβαίνειν ἀνά τι*, alienum est propter *ἐς θαλάμους* juxta positum. Quum enim Melanthius dictus esset *θαλάμους* petere, supervacaneum erat addere alterum locum, quem peteret. — Quae qui intellexerunt iidemque *ῥήγματος* vim in *ῥωγός* voce servare voluerunt, ipsam *ὀρσοθύραν* »*ῥῶγας*« appellari dixerunt. At nemo non videt ipsum januae illius fissum (*ῥῆγμα*) plurali numero apte non nominari. Itaque fuerunt, qui *τὸ ῥῶγας* singulari numero praeferrent, dubitanter tamen, ut Philo quidam Et. M. 99, 5 coll. Eust. 1922, 4, et contra plurimorum interpretum auctoritatem, v. Apoll. 30, 27 *κατὰ τὸ πληθυντικόν*. Ad hoc accedit, quod auctores *τῶν παλαιῶν καταγραφῶν* »*ὀρσοθύραν*« et *ῥῶγας* discernebant, v. pag. 48, v. 9 — Ei vero, qui (v. supra 4.)) *ἀνὰ ῥῶγας μεγάροιο* interpretabantur „per scalas vel per gradus scalarum" aut multo diversum opinionis suae fundamentum jecerunt, negantes Melanthium *ἀν' ὀρσοθύραν ἀναβῆναι*, aut obliti sunt, id quod gravissimis testimoniis et ipsis rebus ab Homero traditis constat, (v. infra) *ὀρσοθύραν* scalis caruisse. — Qui malunt intelligere *τὰς τῆς οἰκίας διόδους ἐν τοῖς ὑπερῴοις οἴκοις* et *ἀνὰ στενοὺς τόπους*, v. supra 1.) et 5.), non tam vocis notionem, quam viam a Melanthio initam explicare videntur. Continet enim *ὑπερῷον μεγάρου* illud, quale supra descripsimus, — *μεσόδμη, κατῆλιψ, κρεμάθρα* — quodque Melanthium ascendisse a rebus enarratis non abhorret, re vera *στενοὺς τόπους*, continet, ut in capite de *ὀρσοθύρᾳ* docebo, duplices fores, *διόδους*. Significari igitur putamus voce *ῥωγῶν* ipsum *ὑπερῷον*, quum ita recte dicatur Melanthius *ἀν' ὀρσοθύραν ἀναβαίνων* ascendisse *ἀνὰ ῥῶγας*. Hoc demum modo, nisi omnia e sola conjectura pendere statues, cogitatione complecti poteris, qui factum sit, ut tam multae tamque diversae inter se opiniones ab antiquis Graecis ad nos traditae sint, hoc modo intelliges, cur auctor obscuri illius scholii in Theocr. 13, 13 *αἰθαλόεντας ῥῶγας* aut *τὴν δοκόν* aut simile quid habere potuerit. Hoc igitur tenemus eorum interpretum sententiam, qui dicant Melanthium thalamos petentem *τὰς τῆς οἰκίας ὑπερῴας διόδους* transiisse, optime convenire ad rem ab Homero enarratam (cf. de aedd. I, p. 31 sub extr. annot. coll. Schneideri Epimetr. in Xen. Mem. ed. 1801, p. 272, cujus sententia paulo deflexa me a. 1844 fugit). Reliquum est, ut primigeniam vocis *ῥωγῶν* vim definiamus et rationem explicemus, qua eadem vox ad tot significationes potuerit transferri.

Ῥῶγας a *ῥήγνυμι* appellatas esse jam Eustath. p. 484, 3 et 1922, 4 annotat, neque quisquam erit, qui hoc dubitet. Vocabulum autem ab eadem stirpe ductum, in quo simplex rumpendi vis insit, ut in *ῥῆγμα, ῥαγή, ῥωγή, ῥωγμός, ῥωχμός, ῥωγμή, ῥωχμή*, in Graeca lingua, quod sciam, a nullo nisi ab interpretibus vocis *ῥωγῶν* ad fenestrae rimas transfertur. Certe qui scripsit *ῥήγματα ποιοῦντες ἐν τοῖς τοίχοις καὶ διὰ τῶν ὑπαρχουσῶν θυρίδων τοξεύοντες* (Polyb. XIII, 6 extr.), *ῥήγματα* i. e. fissa violenter facta a fenestris discerni voluit. Ipsa vox *ῥωγός* est 1) Suida et Favorino auctoribus „*ῥῆγμα, σχίσμα*", cujus significationis neque simplicis neque ad fenestras translatae exemplum invenimus. Namque ab hoc Homeri loco translatio illa ad fenestras, quam alias fieri potuisse non negamus, revera factam esse non reperimus, aliena est. Neque in composito *ἀμφιῤῥῶγες κλωβοί*, Anth. Pal. 6, 109, 3, cujus loci humanissimus Doederleinius me admonuit, certa fenestrarum significatio apparet. In ed. 5[ta] Pass. in v. caveae illae utrimque cataractis clausae fuisse dicuntur. Suidas autem in v. *Ἀμφιῤῥῶγας. πάντοθεν διεῤῥωγότας, ἠνεῳγμένους.* »*Κλωβούς τ' ἀμφιῤῥῶγας*«. caveas intelligere videtur, quibus undique clathri foraminibus interrupti circumdati sunt. H. Stephanus vertit »Undique ruptus«, Pape in

v. »rings gespalten, rifsig« idque ob γηράλεον νεφέλας τρῦχος, quod antecedit, et ἀνασπαστοὺς δεράγχας, quae sequuntur, veri similius habeo. Eadem significatione Apoll. Rhodius I, 995 dicit πέτρας »ἀμφιῤῥῶγας«, v. ibi scholl. [11]) — 2) ῥώξ est Suida auctore εἶδος πέτρας. — 3) eodem et multis aliis auctoribus ῥώξ, γός (ῥάξ, cf. Lobeck. in Phryn. p. 75 sq. coll. tamen Kreussleri verbis ad ed. 5tam Passov. lex. in v.) est κόκκος, a cujus significatione discernere non licet »araneae« vim, et Suidae glossa: „εἶδος φαλαγγίου" et multorum scriptorum locis comprobatam, neque ῥῶγας θηλάς vel κορυφάς digitorum vel ῥῶγα i. e. χιτῶνα ῥαγοειδῆ apud medicos, siquidem verum est, quod dicunt, ab acini forma et mammas et extremos digitorum fines (torulos) et tunicam uveam et araneae genus illud appellata esse. 4) apud Clem. Alex. Strom. 2, 18, 86 τὰς ἀποπιπτούσας ῥῶγας συλλέγειν »frusta vel micas colligere« significat. — In rupe illa, ut in ipso latino vocabulo rumpendi vis aut ad fissam, ruptam saxi formam refertur (cf. significationem in 4.) et nostrum »Klippe«, »Scheere in Scheerenflotte«, Weigand. D. Wörterb. ad prius vocabulum) aut, id quod magis probo, propter glossam Hesychii ad v. ῥαχοί· „Χοιράδες i. e. (v. Suid. in v.) πέτραι λεῖαι ἐν θαλάσσῃ· ἢ ἐξοχαί· ἢ ὄχθοι πετρῶν" ad saxum e mari vel e terra erumpens. »Erumpendi« vero, »crescendi, pullulandi« vim a verbi ῥήγνυμι derivativis vocabulis non abhorruisse non modo ex tertia vocis ῥώξ interpretatione veri simile fit, sed ex aliis ejusdem stirpis vocabulis certo colligitur. Ut enim ad Hesychii glossam ῥογεῖ. ὀργᾷ. ἀκμάζει jam Martin. in ed. Albert. recte annotat „Flos erumpit e germine", ita de „erumpendi, germinandi" vi dubitare non licet, quum Theophr. de Caus. plant. 3, 9 [7, 3] vitium duramina i. e. sarmenta ex ipso trunco procedentia aperte nominet τὰς ῥάχους: "Ἅπαν δὲ φυτὸν ὅταν ἐκβλαστῇ τὸ πρῶτον ἐᾶν ῥιζωθῆναι μηδὲν κινοῦντα τῶν ἄνω, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀμπέλων ποιοῦσιν, ἀφιέντες τὰς ῥάχους. Qua in re ab erumpendo, pullulando, crescendo non aliter fluxit sarmenti vis atque in nostra lingua a verbo »spriefsen«, i. e. proprie »erumpendo spargi sive germinare«, vox »Sprofse« vel »Profse«, i. e. palmes, e verbo »briezen erumpendo gemmas protrudere«, quocum cognatum est altn. briota = rumpere, Weigand Syn. II, 1059 Anm. Etiam quae a verbi »spriefsen« vi appellantur, »ags. spreót« contus [cf. quod hodie dicimus Bug-spriet] et nostrum »Sprofse« gradus scalarum, comparari possunt cum glossis Graecis (Phot.) ῥάχοι αἱ μυρικίναι ῥάβδοι, (ibid.) ῥάχους, τὰς ἀκανθώδεις καὶ τραχείας ῥάβδους λέγουσι vel (Et. M. 703) Ῥάχος, ἀρσενικῶς, ὁ σκόλοψ ὁ ἀκανθώδης coll. interpretatione ῥαχάδων apud Hes., (Et. M. 702 extr.) et Photium = συνδένδρων vel δενδρώδων χωρίων et Xen. Cyneg. c. 10, 37 »ἀπὸ δένδρου ἰσχυροῦ, καὶ μὴ ἐκ ῥάχου. Quodsi satis esset demonstrare, quid fieri potuisset, hoc modo colligere liceret. Ut in Germanica lingua verbum »spriefsen« hodie quoque ad »fulciendi« vim transferatur et jam apud veteres Germanos nomina ejusdem stirpis, ut Graff Ahd. Spr. VI, 401 »spriuza, sprinzil, spriuzzida« (v. liniberga) »fulcri, repaguli« vim contineant, ita in vocabulis »ῥήγνυμι, ῥῶγες« fieri potuisse, et vim superioris contignationis (quo spectet glossa ὑπερῷοι δίοδοι) et translationem ad θυρίδας non alio modo in voce ῥωγῶν ortam esse atque in voce ἀντηρίδων, v. supra p. 46, v. 3—47, v. 2. Quid, quod simillimam rationem concedi oportet in

---

[11]) Verbis Eutecnii (paraphr. Ἰξευτικῶν Oppiani III, 14, vol. I, p. 198 ed. Schneider. Argentor. 1776) »Ὁ δὲ Αἰγινθος θηρᾶται κλωβῷ, ἐν ᾧ πάλαι θηραθεὶς ἕτερος ἐπὶ τὸ βοᾶν κατακλείεται, θυρῶν οὐσῶν ἑκατέρωθεν δύο κ. τ. λ.«, unde Passoviani lexici interpretationem fictam esse puto, neque adducor, omnes κλωβοὺς cogitari non posse, nisi duplicibus foribus utrimque apertis, neque, si maxime κλωβοὶ duplicium forium verbis »κλωβοὶ ἀμφιῤῥῶγες« significati essent, hanc ob causam ῥῶγας esse fores sive fenestras. Ejusmodi caveas »utrimque sive undique interruptas vel apertas«, id quod vox ἀμφιῤῥώξ revera significat, (v. supra Suidae verba et scholl. in Apoll. Rhod.), nominare liceret.

Germanico *»Schofs (Geschofs)«* et de sarmento recenti et de superiore contignatione usurpato, v. *Adelung Wörterb.* in v. *Stock S. 770* et in v. *Stockwerk. S. 775*, coll. *Frisch Teutsch-lat. W. II, 221 »Geschofs*, n. contignatio, editior aedium pars, *ein Stockwerk.* Gall. *étage«.* Atqui in Graeca lingua a verbo *ῥηγνύναι* et vocabulis inde derivatis, quod sciam, et »fulciendi« significatio aliena est, neque »pullulandi, germinandi« vim alias translatam esse ad res in altum exstructas demonstrari potest. Quare illius linguae vestigia sequamur. E sarmenti, fustis, veprium, dumeti notione, quam supra explicavimus, Graeci facile transierunt ad cratium, sepimentorum vim. Hes. in v. *Ῥαχοί — — ἔνιοι, τοὺς σφακέλους (φακέλλους) τῶν ξύλων· ἄλλοι, τὰς μυρικίνας ῥάβδους. ἔστι δὲ ἀκανθῶδες φυτὸν, ἀφ' οὗ τὸ περίφραγμα* et in v. *ῥαχός — καὶ ὁ φραγμὸς τῶν τειχῶν.* Photius p. 484, 12 : *ῥάχοι, αἱ μυρικίναι ῥάβδοι. Ῥάχοισιν ὀρχάδος στέγης Σοφοκλῆς δὲ τοὺς φραγμοὺς τῆς ποίμνης* coll. Ellendt. lex. Sophocl. in v. *ὀρχάς.* — Hes. *Ῥηχός φραγμός* coll. *Ὀρήχου. τῆς αἱμασίας* (sic). — Suidas : *Ῥαχίης. φραγμοῦ. ἢ δέσμαι τῶν φραγμάτων. Ἡρόδοτος* (cf. Bernh. ad v., Tom. II, p. 597), ibid. p. 611 : *Ῥῆχος* (sic) *φραγμός. Ἡρόδοτος.* Herodotus autem VII, 142 sic : *ἡ γὰρ ἀκρόπολις τὸ πάλαι τῶν Ἀθηναίων ῥηχῷ ἐπέφρακτο. οἱ μὲν δὴ κατὰ τὸν φραγμὸν συνεβάλλοντο τοῦτο τὸ ξύλινον τεῖχος εἶναι κ. τ. λ.*, ad quem locum cf. *Bursian, Kritik von Beulé l'Acropolis d'Athènes Rh. Mus. N. F., 10. Jahrg., 4. Heft 1855, p. 476 „der Zugang war mit einer hölzernen Umfriedigung (oder einer lebendigen Hecke aus Dornsträuchen?) verwahrt"* coll. VIII, 51 *φραξάμενοι τὴν ἀκρόπολιν θύρῃσί τε καὶ ξύλοισι ἠμύνοντο τοὺς ἐπιόντας κ. τ. λ.* Cratium autem significatio a u t ob opus reticulatum et clathratum ad superiorem domus contignationem ejusque fenestras transferri potuit, a u t ob contignationem arrectariorum et transversariorum craticii operis, Vitruv. II, 8, 20. I l l u d si praeferes, comparare libeat vocabulum *δικτυωτόν*, quod et nomen superioris contignationis (i n s u m m a d o m o) est et fenestram significat. Hes. (et Favor.) *Δικτυωτόν. ὑπερῷον, τὸ πολλὰς θυρίδας ἔχον* (*καγκελλωτόν* Cyrill. addit), Theodoret. Quaest. (Hal. 1769) Tom. I, p. 513 in libr. 4. Regnorum *ἐρωτ. β'* : *Ὁποῖόν ἐστι τὸ δικτυωτὸν ὑπερῷον; Οἶκος ἦν ὥρᾳ θέρους ἐπιτήδειος, πολλὰς ἔχων φωταγωγοὺς δικτυοειδῶς κατεσκευασμένας, ἃς διατρήτους ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί.* Fenestram autem significant hoc vocabulo Graeci interpretes Reg. II (IV), 1, 2 : *Καὶ ἔπεσεν Ὀχοζίας διὰ τοῦ δικτυωτοῦ* (בְּעַד הַשְּׂבָכָה i. e. per fenestram clathratam) *τοῦ ἐν τῷ ὑπερῴῳ αὐτοῦ τῷ ἐν Σαμαρείᾳ.* Cui s t r u c t u r a e g e n e r i quin etiam *μεσόδμην* sive *κρεμάθραν* (supra p. 40, v. 12) *ταῤῥοῦ* nomine appellatam et (p. 38, 7 sqq.) *κρύπτῃ φραγμοῖς καὶ θυρίσι περιεχομένῃ* comparatam subjiciamus, nihil impedit. Sin autem cratium nomen ad leve aedificii genus propter compagem arrectariorum et transversariorum translatum males, causa appellandi similis fuit atque in nostro *»Stock* sive *Stockwerk«*, quod proprie superiorem contignationem indicasse suspicatur *Adelung l. l. p. 770 : „der Stammbegriff ist in dieser Bedeutung noch ein wenig dunkel; indessen scheint, so wie in Schofs oder Geschofs, der Begriff der Höhe der herrschende zu sein, obgleich auch der vorige Begriff der Masse, des Inbegriffs mehrerer Dinge einer Art, der Stammbegriff sein kann"; p. 775* in v. *Stockwerk : „Stockwerk kann hier so wie das Griech. δόκωσις* [in quam vocem supra p. 30, ann. 5.) in interpretanda *μεσόδμῃ* incidimus] *von δοκός ein Balken, eine Verbindung mehrerer Stöcke d. i. Säulen und Balken bezeichnen".* Hanc vero Adelungii sententiam multo veri similiorem reddit, quod Schmeller. lexic. dialecti Bavaricae testatur *»Stockh«* in horreis dici superiorem quandam contignationem propter aream ad stramenta, alia id genus conservanda *»eine Bühne, erhöhter Raum in der Scheune neben der Tenne für Stroh u. dgl.«* cf. Pallad. de re rust. 1, 19 : »Et si terrae pauperies minora promittit, vel c r a t i c i i s p o d i i s erunt discernenda granaria vel vimineis vasculis reditus tenues colligemus« et quae

sequuntur : »Sed factis granariis, amurca luto mista parietes linuntur« cum *ὑπερῴοις διαληλιμμένοις ἐν ἀμόργῳ* supra p. 45, v. 27.

At, ni fallor, etiam leve vestigium ejusdem significationis deprehenditur in voce *ῥωγῶν* simillima. Ut enim constat »*τὰς ῥῶγας* vel *ῥάγας* (*ῥᾶγας*)« = uvas neoterica forma sonare *ῥόγας* cf. Lob. ad Phryn. p. 76 et ut *ἡ ῥώξ* „aranea" auctore Achmet. Oneirocr. c. 285 (p. 262, 15), v. Hes. ed. Albert. II, 1118 n. 25 et Hase add. ad. H. Steph. ed. Par. in v. *ῥώξ*, explicatur *ἤτοι ἡ λεγομένη ῥόγα*, sic masculina forma ejusdem vocis e neoterico usu vix aliter sonare potuit atque *ῥόγος*, plur. *ῥόγοι*. Atqui hoc ipsum vocabulum, solo accentu mutato, scriptum exstat apud Hesychium II, 1118 ed. Alb., ubi dicuntur *Ῥογοί. ὅροι σιτικοί, σιτοβολῶνες.* Neve posterioris temporis macula te offendat, animadverte, quod eadem vox eadem significatione jam antiquo tempore certe in Sicula dialecto usurpata esse dicitur. Pollucis enim Onom. lib. IX, 45 in publicarum aedium numero habentur »*καὶ ταμιεῖα, ἵνα τὰ χρήματα καὶ οἱ πυροί. ἐν δὲ Μενάνδρου Εὐνούχῳ καὶ σιτοβόλια· ταῦτα δὲ ῥογοὺς Σικελιῶται ὠνόμαζον, καὶ ἔστι τοὔνομα ἐν Ἐπιχάρμου Βουσίριδι.* Quare non poteris improbare Sopingii conjecturam, qui Hesychii l. l. ex ejusdem scriptoris glossa proxima superiore Epicharmi nomen aut repetens aut transferens sic scripsit : »*Ῥογοί ὄῤῥεα σιτικά, σιτοβολῶνες. Ἐπίχαρμος.*« *Σιτοβολῶνες* autem ab eodem Hesychio explicantur *ὅρια*, et *ὅρια* eodem auctore sunt *τὰ νεώρια. ἔνιοι, ἀποθήκας καὶ Ῥωμαῖοι Ὄῤῥεα καλοῦσιν* coll. *Ὅριον. τείχισμα φραγμόν.* (scr. *Ὅριον*, etiamsi mecum hanc vocem ab »*ὅρος*, finis« alienam et ad horrea referendam esse judicas, nam *ὅρια* sive *ὡρεῖα* Romanorum horrea, i. e. apothecas cujusvis generis, appellata fuisse certum est, v. Bast ep. crit. Lips. 1809, p. 62, coll. Bernh. ad Suid. II, p. 680, 5). Quum vero horrea et aliae apothecae, ut navalia, similis formae fuisse videantur — in utroque aedificiorum genere tabulata (*τέγη*) et divisio in cellulas memorantur, cf. quae Col. de re r. XII, 50 de tabulatis horrei pensilis granarioque similis et multis ejus lacusculis tradit cum „variis cellulis horreorum" apud Forcell. in v.; de navalibus eorumque divisione in *νεωσοίκους* (*ἐπίστια* Od. 6, 265) Boeckh. *Staatsh. III, p. 64 sqq.* coll. Xen. Hell. 4, 4, 12 *οἱ δὲ ἐπὶ τὰ τέγη τῶν νεωσοίκων ἀναβάντες* — non miraberis etiam *ῥογῶν* (*ῥωγῶν*), quae horrea fuerunt, nomen ad simile aedificii genus transferri, si quae pars privatarum aedium cum hoc structurae genere apte comparari possit. Quam vero partem aedium ob horreorum similitudinem *ῥωγῶν* nomine appellatam putabis, nisi eam, quae etiam alias ex similitudine navalium unum cum his nomen reperit, i. e. *μεσόδμην, κατῆλιφα. Μεσόδμην* enim dicit Galenus esse *πανδοχείων* i. e. *καταγωγίων* (supra A, 1 et pagina 39 init.), *καταγώγια* vero et deversoria et navalia nominantur cf. Xen. de Vectig. III, 12 »*Ὁπότε γε μὴν ἀφορμὴ ὑπάρχοι, καλὸν μὲν καὶ ἀγαθὸν, ναυκλήροις οἰκοδομεῖν καταγώγια περὶ λιμένας πρὸς τοῖς ὑπάρχουσι· καλὸν δὲ καὶ ἐμπόροις ἐπὶ προσήκοντας τόπους ὠνῇ τε καὶ πράσει, καὶ τοῖς ἀφικνουμένοις δὲ δημόσια καταγώγια* et Et. M. p. 601, 17 (coll. Bekkeri An. I, p. 282) : *Νεώσοικοι : καταγώγια ἐπὶ τῆς θαλάττης ᾠκοδομημένα εἰς ὑποδοχὴν τῶν νεῶν, ὅτε μὴ θαλαττεύοιεν, τὰ νεώρια δὲ ἡ τῶν ὅλων περιβολή.* Quid, quod ipsa vox »*κατῆλιψ*« in glossa ad Lucian. v. supra pagina 33, vers. 3 sqq. vocabulo *κατάλυσις* i. e. *καταγώγιον* »deversorium« redditur. Neque profecto ab horreorum et navalium similitudine, v. quae supra ad ea explicanda attulimus, abhorrent »tabulata intercolumniis affixa, tabernae in intercolumniis exstructae«, quibus supra pag. 39, v. 34 in altero *μεσοδμῶν* genere enarrando usi sumus [12]).

[12]) Etiam *ἀγκώνων* nomine *μεσόδμας* significari divinare licet. Nam designat ea vox et »*νεώσοικον*« (Schol. in Arist. Ach. 96 »*οἶκον δὲ νεώς, ὃ καλοῦσιν ἀγκῶνα*«) et — plurali numero, ut *μεσόδμαι*, — »*μέρος τι*

Age, jam relege scholion in Theocr. *ιγ'*, 13 : *Οἱ δὲ αἰθαλόεν πέτευρον τὴν δοκὸν λέγουσιν. Ὡς καὶ Ὅμηρος· »Αὐτοὶ δ' αἰθαλόεντας ἀνὰ ῥῶγας μεγάροιο.«* et nega ab eo certe, qui haec scripserit, *ῥῶγας*, si non ipsam trabem, at *τὴν δόκωσιν* contignationem superiorem inter columnas affixam vel columnis impositam (per me licet cum cellulis quibusdam inter singulas columnas dispositis) haberi.

Facile vero intellectu est, qui factum sit, ut Od. 22, 143 *ῥωγῶν* vox, qua *ὑπερῴων* genus illud significari demonstravimus, a posterioris temporis interpretibus tam diversis vocabulis explicata sit. Interpretationes *»ὑπερῷαι δίοδοι τῆς οἰκίας«* et altera *»στενοὶ τόποι*, quacum conferas vocabula, quibus alii scriptores pro Suetonii crypta usi sunt, *στενωπόν, στενωπὸν ἠρεμηκότα, στενὰς ὁδούς*, v. supra p. 38, v. 20. 21, viam Melanthii, non vocis *ῥωγῶν* notionem describunt. Idem valet in glossam *ὀρσοθύραν* vel *ἐκτομάδα*, quum Melanthius re vera per *ὀρσοθύραν* ad *ῥῶγας* ascenderit. Quo modo autem superioris contignationis significatio cum *θυρίδων* vi cohaereat, jam supra pagina 46, vers. 4 sqq. in enodando *ἀντηρίδων* vocabulo explanavimus. Plus difficultatis in interpretatione scalarum inesse videtur. Sed etiam haec quaestio facile solvitur. Nam *κλῖμαξ* non modo scalae nomen est, quam qui intellexerunt posterioris temporis interpretes pluralem numerum *»ῥῶγας«* ad *αὐτοὺς τοὺς βαθμοὺς τῶν κλιμάκων* retulerunt, sed etiam ipsius *ὑπερῴου*. — *Διῆρες*, quod nemo »scalam« vel »gradus scalae« habuit, immo schol. in Aristophanis Ranas 1159 *ὑπερῴῳ ἰσοδυναμεῖν* comprobavit, ab Hesychio explicatur : *ὑπερῷον. ἢ κλίμαξ*. Atque eodem modo schol. in Ar. Ran. 566, supra pag. 32 (C ad 2)), *τὴν κατήλιφα* interpretatus est : *Τὴν μεσόδομον (ἢ τὴν κλίμακα) — κλίμακα*. Itaque non poteris non putare vocabulorum *κατήλιφος* et *μεσόδμης*, quorum ipse Pollux VII, 123 prius altero reddidit, si ea a Kuehnio ad Polluc. l. l. ann. 75 sic explicata invenimus : Onom. vetus *»κατῆλιψ* scala, Gl. *μεσόδμη* pergula« nomina quidem differre, sed eandem utroque aedificii partem significari. Hoc unum dubitari potest, quae fuerit causa utriusque rei, et scalarum, quae vulgo dicuntur, et *ὑπερῴου* illius, eodem *κλίμακος* vocabulo nominandae. Opinari poteris, quia utraque res in altum aedificata et aedium parieti acclinata recte dicatur. Sed vide, an verisimilior sit ratio haec : quod utrumque structurae genus lorica, cancellis, tabulatis fuerit insigne. In *ὑπερῷα* id cadere supra demonstravimus. De scalis autem compara Servii verba in Aen. IV, 646 »Graecae scalae« (*κλίμακες* Gell. 10, 15) — »ita fabricantur, ut omni ex parte compagine tabularum clausae sint, ne adspectum ad corporis aliquam partem admittant«. Nomen autem *κλίμακος* recte de lorica, de cancellis dici colliges ex verbis Arr. exped. Alexandri V, 7, 10 (§ 5 ed. Kr.) : *»Ἑκατέρωθεν δὲ τοῦ ζεύγματος* (pontis navibus effecti) *κλίμακες προβάλλονται καταπηγνύμεναι, τοῦ ἀσφαλεστέραν τοῖς τε ἵπποις καὶ τοῖς ζεύγεσι τὴν ἔφοδον γίγνεσθαι, καὶ ἅμα ὡς σύνδεσμος εἶναι τοῦ*

τῆς οἰκίας« Suid. ed. Bernh. I, p. 58, v. 5. Quales autem aedium *ἀγκῶνες* fuerint, certo demonstrari non potest. *Γωνίᾳ τῇ τοῦ οἴκου* (v. Suid. ed. Bernh. I, 1134, 15 et cf. Herod. I, 51; II, 148; VIII, 122) sine dubio similes fuerunt *ἀγκῶνες*, quum etiam certum quoddam propugnaculi murorum genus utraque voce appelletur (v. scholl. et Eustath. ad XVI, 702 et ad XXII, 97, et in memoriam revoca *ἀντήριδας*, vocem *μεσόδμη* synonymam XII, 259. 260 *»ἔχματα πύργου«* v. scholl. et Eustath. ad l. l.). Sed neque *γωνίας* ratio neque propugnaculi illius natura ll. ll. satis declaratur. Neque plus quam umbra similitudinis cum *μεσόδμαις* efficitur ex Eustathii verbis, quibus p. 1922, 8 (coll. 1082, 39) in explicando proverbio *»γλυκὺς ἀγκών«*, ad cujus imaginem Polycrates Samiorum *στενὴν λαῦραν* expressisse fertur Athen. XII, p. 540, f. (coll. schol. L. ad *Π*, 702), utitur : *»εἶεν δ' ἂν τοιαῦται λαῦραι καὶ οἱ ἐν ταῖς πόλεσι λεγόμενοι ἔμβολοι*. *Τοὺς ἐμβόλους* enim dicunt esse »dimidiatas porticus, quae in viam porticuum speciem habebant, at altera ex parte domubus (*sic*) ipsis committebantur et cohaerebant« Dorvill. ad Charit. VII, 6, p. 165 v. 3, cf. *»Lauben« bei Frisch T. lat. Wörtb.* et Euripidis *ἔμβολα* columnis fulta in domo (Bacch. 549 [591]).

ζεύγματος. Accedit, quod etiam in Germanica lingua vox »*Stiege*« qua hodie solas scalas significamus, antiquo tempore (gl. Monseenses 328. 329. 340) et de cancellis »*linun* vel *stiegun* cancellos« et de scalis »*stiegun giuuntenan* cochleas« — i. e. *κλίμακας ἑλικτάς* — dicitur. Cognata autem vox *stiga* (hodie *Steig*, *Steige* cf. de utriusque vocis origine ex duobus verbis ejusdem stirpis ducta Grimm. *d. Gr. II, p. 989*) et cancellos et cochleam et levius aedificiorum genus sepimentis inclusum, ut ovilia, haras similia significat, v. Graff. *Ahd. Sprachsch. VI, 624* coll. *W. Wackernagel d. Leseb. p. 778* »*ein zuhtmuoter bî dem Rîn. diu het zwelf kleiniu verchelîn ligen in einer ſtîgen*«.

(De ὀρσοθύρᾳ.) De *ὀρσοθύρᾳ* si judicare volemus, ante omnia decernendum erit, quam inquirendi viam ingrediamur. Sunt, qui putent »una in sobria etymologia salutem esse« v. Lexic. Euripid. ed. Matthiae p. 184 in v. *ἀμφίπυλος*. Sed aliud est nativam vocis vim enodare, aliud, qualis res nomine illius notionis significetur, explanare. Itaque, ne etymologiam neglexisse videar, mihi satis est, rariorem vocalem copulativam ō et originem prioris partis ab *ὄρνυμι* ductae exemplo Pindarico *ὀρσοτρίαινα* (Ol. 8, 64; Pyth. 2, 12 (23); Nem. 4, 86 (140)) comprobasse. De nativa vocis vi concedo quidem, exspectari ex vulgari similium compositorum ratione, ut *ὀρσοτρίαινα*, *στρεψόδικος*, al., *ὀρσοθύραν* esse eam rem, quae januam allevet, moveat, i. e. cardinem, cf. Hes. *Εἰρεθύρη. ὀρσοθύρα. ὁ στροφεύς*, sed quum etiam alias prior pars compositi ad passivam vel mediam verbi significationem referatur, ut in *ἐχίδνα μιξοπάρθενος* Herod. 4, 9 vel in *μισγάγκειον.* [scr. *μισγάγκεια* vel *-αν*] *τόπος κοῖλος, ὅπου συμμίγνυνται ὕδατα πολλά* Hes. in v., non video, cur non dicamus veteribus grammaticis praeeuntibus, *ὀρσοθύραν* esse posse »*Springthüre*«, *δι' ἧς ἔστι καταβαίνοντα ὀροῦσαι, ὅ ἐστι πηδῆσαι, ἢ ἀνιόντα πηδῆσαι, διὰ τὸ μὴ ἔχειν βαθμούς* Apio apud Apoll. Soph. p. 122 ed. Bekk., coll. schol. Vulg. ad. Od. *χ*, 126 et Hes. in v. Antequam vero in ipsam *ὀρσοθύρας* naturam inquiras, ante omnia hoc confirmandum erit, Eustathio hac in re fidem esse habendam nullam et eis, quae tradiderit, ita tantum esse utendum, ut verba ex antiquioribus scholiis excerpta adhibeas ad ea, quae aliunde jam constent, comprobanda, conjecturas ejus vero de suo additas plane spernas. Quae ne durius, quam prudentius judicasse videar, afferre liceat primum, quod qui sibi ipsi non satisfecit in hoc *ὀρσοθύρας* loco explicando, idoneus non est, qui alios doceat. P. 1921, 51 »*Ἰστέον δὲ*«, inquit, „*ὅτι ἔθους ὄντος Ὁμήρῳ κατὰ ποσά τινα διαστήματα στρυφνότερον γράφειν καὶ συνάγειν καὶ οὕτω ἐξ ὑπτιότητος τὸν ἀκροατὴν εἰς ἐγρήγορσιν, τοιοῦτον ἐστὶ καὶ τὸ κατὰ τὴν ὀρσοθύρην. — — ἀρκεῖ δὲ ὅμως καὶ τὰ ῥηθέντα παραστῆσαι τὴν τοῦ χωρίου, »ὡς δυνατόν«, ἔννοιαν.* Deinde ea, quae tradit Eustathius, incerta et sibi contraria sunt. Eandem enim *ὀρσοθύραν*, quam dicit 1921, 15 *θύραν τινὰ ἐπίσημον ὑψηλοτέραν πρόςβασιν ἔχουσαν, εἰς ἣν οὐχ οἷόντε ἦν ἀνελθεῖν τινα μὴ διὰ κλίμακος ἴσως ἢ ἄλλως πως ἀνορούσαντα καὶ ἀναθορόντα εἰς αὐτήν*, eandem v. 17 cataractam nominat „*εἴη δ' ἂν αὕτη, ὁποία ἡ καταῤῥάσσουσα κλιμάκων ἄνω, καὶ δι' αὐτὸ λεγομένη κοινῶς καταράκτης*, — v. 22 fenestram foribus clausam *τὴν ὀρσοθύρην τὴν, ὡς εἰκὸς, φωταγωγὸν, ἄλλως γὰρ οὐκ ἂν προκύπτειν χρήσιμος ἡ ὀρσοθύρη, ἣν ὡς θύραν σανίδες εἶχον εὖ ἀραρυῖαι, ἐπεὶ καὶ πᾶσαι θύραι ὡσεπιπολὺ σανίδες εὖ ἀραρυῖαι λέγονται.* Postremo Eustathium ipsius Homeri verba falso intellexisse demonstrari potest. Quod enim dicit »*Μελάνθιος — οὐ δυνατὰ ταῦτα εἶναι φησὶ διὰ — τὸ ἐγγὺς τῆς ὀρσοθύρης τὰς τῆς αὐλῆς εἶναι θύρας*, id multo aliter habet. Quum crateram proxime *μυχόν* in interiore oeci parte fuisse constet, v. supra II, p. 22 sqq., nemo autem opinari possit, Phemium, qui 22, 333 *ἄγχι παρ' ὀρσοθύρην στάς* et genua Ulixi supplex amplexaturus (v. 340) *φόρμιγγα γλαφυρὴν κατέθηκε χαμᾶζε Μεσσηγὺς κρητῆρος ἰδὲ θρόνου ἀργυροήλου*, ad hoc ipsum, ut lyram deponeret, totum oecum ab aulae janua usque

ad crateram transiisse : ὀρσοθύραν prope crateram in interiore oeci parte, non prope oeci januam, aulae adversam, collocemus necesse est. Neque magis ea, quae Eustathius 1921, 22 dicit »ταύτην τὴν ὀρσοθύρην — κελεύει Ὀδυσσεὺς τὸν Εὔμαιον φράζεσθαι κ. τ. λ.« conveniunt cum Homeri verbis 22, 126 sqq. : Ὀρσοθύρη δέ τις ἔσκεν ἐυδμήτῳ ἐνὶ τοίχῳ, Ἀκρότατον δὲ παρ' οὐδὸν ἐυσταθέος μεγάροιο Ἦν ὁδὸς ἐς λαύρην, σανίδες δ' ἔχον εὖ ἀραρυῖαι. Τὴν δ' Ὀδυσσεὺς φράζεσθαι ἀνώγει δῖον ὑφορβὸν Ἑσταότ' ἄγχ' αὐτῆς. Falluntur enim, qui τὴν in v. 129 ad ὀρσοθύραν referri volunt, et recte qui scribet, colon (ut H. Steph. P. Gr. princ. carm. her. 1566 et fere omnes ante Bekkerum, qui comma scripsit) vel punctum post ἐνὶ τοίχῳ in v. 126 pinget et a v. 127 Ἀκρότατον κ. τ. λ., ubi Pollucis codd. C., V., Palatinus Jungermanni et veteres editiones (l. IX, s. 38) pro παρ' οὐδόν optimam **glossam** ἔκτοσθεν in versum receperunt [13]), v. annot. 34 ad l. l., novum colon incipiet. Audi enim, quae Homerus ipse tradat. Telemachus v. 154 sqq. Ulixem alloquitur : Ὦ πάτερ, αὐτὸς ἐγὼ τόδε γ' ἤμβροτον — θαλάμοιο θύρην πυκινῶς ἀραρυῖαν Κάλλιπον ἀγκλίνας· τῶν δὲ σκοπὸς ἦεν ἀμείνων. Ἀλλ' ἴθι, jam Eumaeum appellans inquit, δῖ' Εὔμαιε, θύρην ἐπίθες θαλάμοιο. Eumaeus igitur, quem si τήν etc. v. 129. 130 ad ὀρσοθύραν referres, Ulixis imperio obtemperantem prope ὀρσοθύραν stare et hanc ipsam observare exspectares, non in aedium parte interiore sive in oeci μυχῷ prope crateram, ubi ὀρσοθύραν fuisse Homerus tradit, v. supra, sive in vicino quodam occulto transitu, quo ad ὀρσοθύραν accedi potuisse fingeres, sed proxime Ulixem, in principali oeci janua stantem, locum tenet. Alioquin enim Telemachus eodem tempore et Ulixem et Eumaeum alloqui non potuit. Atqui apparet Eumaeum non ipsam ὀρσοθύραν, sed ὁδὸν ἐς λαύρην v. 127 observasse. Ita demum recte intelliguntur, quae v. 162. 163 scripta sunt : νόησε δὲ δῖος ὑφορβός (Melanthium iterum arma petentem), Αἶψα δ' Ὀδυσσῆα προςεφώνεεν ἐγγὺς ἐόντα. Eumaeus, cf. tabula lithographica extremae huic commentationi addita, fig. B (= de aedd. I, tab. I, fig. B), de ἐξόδῳ illa n. 6, quam observaverat, accessit ad n. 7, ibi vidit Melanthium per λαύραν armorum thalamum (lit. t) petentem, et statim ad Ulixem prope in n. 2 stantem rediit. — Etiam illa Eustathii de altera ὀρσοθύρᾳ sententia, cujus supra pag. 48, v. 25. 26 mentionem fecimus, neque ab Homero neque ab ullo veteri interprete praeter τοὺς παλαιοὺς Eustathii confirmatur. Immo contraria opinio, Eustath. 1921, 46 : »Ἰστέον δὲ ὅτι παλαιῶν τινῶν λεγόντων ἐνταῦθα, ὡς ἐν τῷ τοῦ οἴκου ἔναντι τοίχῳ θύρα ἦν, δι' ἧς εἰς τὸν θάλαμον ἦν ἀναβῆναι, φαίνεται ὡς ἡ αὐτὴ ὀρσοθύρη ἐπιτηδεία ἦν καὶ βοὴν ἐκεῖθεν γενέσθαι καὶ ἀναγαγεῖν εἰς τὰ ὅπλα. ἐπεὶ οὖν αὕτη ἀσυντελὴς ἦν εἰς τὸ πρῶτον, χρησιμεύει λοιπὸν εἰς τὸ δεύτερον. καὶ ἀναβὰς δι' αὐτῆς ὁ Μελάνθιος φέρει τεύχεα. δοκεῖ δὲ κρεῖττον εἶναι, δευτέραν τινὰ ὀρσοθύρην, ὡς ἐῤῥέθη, νοῆσαι, δι' ἧς ἀναβὰς ὁ Μελάνθιος ἐποίησε τὸ κακόν« eo certius defendenda est, quum explicari possit, v. infra pag. 62, post med., quomodo falsa illa de duplici ὀρσοθύρᾳ opinio oriri potuerit.

Jam vero locus de ὀρσοθύρᾳ duplicem habet quaestionem, alteram, qualis fuerit ὀρσοθύρα, alteram, quo loco cogitanda sit. — Qualem ὀρσοθύραν tibi animo fingas, si Eustathii verba p. 1921 legeris, vix decernes; alios scriptores si secutus eris, satis probabiliter conjicere poteris. Et. M. quidem p. 634 »Ὀρσοθύρη, θυρὶς δι' ἧς εἰς ὑπερῷον ὑπάρχει ἀνάβασις· παρὰ τὸ ὄρω ὄρσω καὶ τὸ θύρα. (Haec prima verba repetit Et. Gud. 436, 50 et. Orio Theb. ed. Sturz p. 627, 44) Ὀρσοθύρη δέ τις ἔσκεν : — θυρίς τις ἔοικεν ἐπὶ τὴν δημοσίαν ὁδὸν φέρουσα, ἐφ'

---

[13]) nisi males statuere jam antiquo tempore alios scripsisse : Ἔκτοσθεν δὲ (in προδόμου pariete exteriore aulae adverso) παρ' οὐδὸν ἐυσταθέος μεγάροιο.

ἣν ἔδει ἀναβῆναι διά τινος κλίμακος. δύναται δὲ καὶ δι' αυτοῦ (sic) ἄνοδος τὶς (sic) εἶναι φέρουσα ἐπὶ τὴν θύραν ταύτην. εἴρηται παρὰ τὸ ὀρούειν ἐπ' αὐτήν. λέγει δὲ Σιμωνίδης κακοσχόλως, Καὶ τῆς ὄπισθεν ὀρσοθύρης ἡλσάμην : — φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος, ὀρσορόκα ὑπ' ἐνίων λέγεσθαι, δι' ἧς τὸ ὕδωρ ὄρνυται. Κράτης δὲ, ὀρθοθύρη (sic), *θύρα πρόβασιν* (scr. *πρόςβασιν* Eust. 1921, 15) *ἔχουσα, καὶ εἰς τὰ ὑπερῷα φέρουσα. τινὲς ὑψηλὴν θύραν«* et ipse confusis et mutilis verbis enarrare videtur, quae undique compilavit. Tamen auctorem hunc negligere nolui, quum solus veterum interpretum, (si excipis, quae Eustathius dubitanter profert *»διὰ κλίμακος ἴσως ἢ ἄλλως πως ἀνορούσαντα«*, v. supra), *ὀρσοθύρᾳ* scalas fuisse tradat. Eam vero opinionem de scalis cum *ὀρσοθύρᾳ* conjunctis recentiores interpretes tantum non omnes probaverunt, hac in re inter se discrepantes, quod a l i i januam ad scalas ducentem intelligi malunt, ut Schreiberus, Hirtius, Vossius interpret. Germ. ed. stereot. *»Eine Pfoste zur Treppe war schräg in der zierlichen Mauer«* coll. lit. s in Vossiana aedium Ulixearum descriptione, et in ed. princ. repetita *»Rechts in der zierlichen Wand war eine Pforte zur Treppe«* coll. annot. 7, a l i i januam, ad quam aut ob depressius solum oeci virorum nonnullis gradibus, aut per justas scalas ascendebant. Depressius oeci solum et limen per nonnullos gradus ascendendum describunt V o s s i u s v. *Morgenblatt n. 32. 9. Aug. 1857 »J. H. Voss in Weimar a. 1794 von Hofr. Böttiger in Erlangen aus den Papieren seines Vaters mitgetheilt«, p. 760, col. 2 : »Um (Homer) ganz zu verstehen, müfse man sich denken, dafs das Megaron oder der grofse Conversations- und Speisesaal tiefer eingegraben gewesen, als die übrige Hausflur. So bedeute nun ὀρσοθύρη eine Thür, an deren Schwelle man erst durch etliche Stufen hinankomme“* et E g g e r s. de aedium Homer. partibus p. 9. 10 »In hunc (thalamum) per aperturam non longe a janua principali in pariete factam ex c o e n a c u l o p a u l l o a l t i u s d e p r e s s o ascendi poterat.« Simillima tradit Const. M a t t h i a e in lex. Euripideo in v. *ἀμφίπυλος* p. 185 extr. Justas scalas *ὀρσοθύρᾳ* acclinatas fuisse contendere videntur : P a s s o v. lex. ed. 5[ta] in v. *»wahrsch. eine Thür, zu der man auf Stufen, auf einer Treppe hinansteigt«*, F a e s. ed. 3[tia] ad 22, 126 *»weil (die ὀρσοθύρη) aber in der Höhe war, konnte man sie von innen nur vermittelst einer angestellten Treppe oder Leiter benutzen (vgl. 132 ἀν' ὀρσοθ. ἀναβαίη).«* Sed ne primae sententiae opponam parum recte januam a d scalas ducentem *ὀρσοθύραν* nominari vel alteri, si ob limen paulò altius editum janua illa *ὀρσοθύρας* nomen acceperit, etiam principalem januam, in cujus limen Ulixes saluerit, v. 22, 2 et supra II, 7, recte *ὀρσοθύραν* vocari, o m n i b u s obstat et Homeri et optimorum grammaticorum auctoritas. Homerus facilius, ut alia omnia : fenestram, fissum parietis etc. cogitemus permittit, quam januam justam, per quam v u l g o ascendebant.. Nam Ulixes, qui non *ὀρσοθύραν*, sed *ἔξοδον* illam v. 128 in exteriore *προδόμου* pariete observari jusserat, ne per ancillas vel servos procis amicos rumor de caede procorum in urbem evaderet — quamquam et servas in mulierum domo includi et aulae portam occludi voluerat — *ὀρσοθύρας*, justae scilicet januae, per quam proci omnes facillime ad armorum thalamum accedere possent, adeo oblitus est, ut v. 151, quum procos armatos vidisset, dubitare posset, utrum Melanthius, an una ex m u l i e r i b u s tantum malum sibi excitasset. Verisimile igitur fit, *ὀρσοθύραν*, si qua janua fuerit, v u l g o pro janua non fuisse et aditu fuisse satis difficili. Cui opinioni ne verbum *ἀναβαίνειν* v. 132 a Faesio (ad scalas comprobandas?) allatum obstare videatur cf. Xen. Anab. V, 2, 15 milites in *σταυρώματα* et *τύρσεις* enitentes *ἀναβαίνοντας*). Ad hoc noli praetermittere, quod copae Arist. Ran. 573 jocose dicuntur *ἀναπηδῆσαι ἐπὶ τὴν κατῆλιφ'* et, quod etiam magis perspicuum est, libidinosus homo, Lucian. Lexiph. c. 8. *ἐπὶ τὴν κατήλιφα ἀναῤῥιχήσασθαι.* Postremo ad hoc animum adverte, quod praeter Eustathium et Etym. M., quorum

uterque dubitanter de scalis verba fecit, nemo veterum grammaticorum scalas ὀρσοθύρᾳ acclinatas commemorat. Plurimi contrariae opinioni favere videntur, unus scalas fuisse praecise negat (Apio apud Apoll. Soph. p. 122 ed. Bek., supra pagina 54, v. 21, »διὰ τὸ »μὴ ἔχειν βαθμοὺς«). Sed jam singulos testes citemus. Hesychius : Ὀρσοθύρα. θύρα μεγάλη καὶ ὑψηλή, δι' ἧς ἔστιν ὀροῦσαι καταβαίνοντα. ἄλλοι· πᾶσα θύρα, μὴ ἔχουσα τὸν βαθμὸν πρὸς τῇ γῇ, ἀλλ' ἀπέχουσα τοῦ ἐδάφους, οἷον θυρίς. ἡ θύρα, εἰς ὑπερῷον ἀνάγουσα. Suidas II, 1170 ed. Bernh. Ὀρσοθύρη. θύρα ἐν ὕψει τοῦ τοίχου. Idem iisdem verbis tradit Photius ed. Herm. p. 255 et Lexicon Bachmanni, Anecd. I, p. 321. — Schol. Vulg. in χ, 126 Ὀρσοθύρη : ἐν τῷ τοῦ οἴκου ἐναντίῳ τοίχῳ θύρα ἦν, δι' ἧς εἰς τὸν θάλαμον [ἦν addit Dind. v. append. p. 794] ἀναβῆναι, ἔνθα τὰ ὅπλα ἔκειτο. εἶπεν δὲ οὕτως, ἐπεὶ ὑψηλοτέρα ἦν ἐφ' ᾗ ἦν ὀροῦσαι καὶ ἀναθορεῖν. Polluc. Onomast. I, 76 Ἀμφίθυρος, ἣν Ὅμηρος ὀρσοθύρην καλεῖ, οἱ δὲ πολλοὶ πλαγίαν θύραν. Postremo, quo nemo accuratius rem describit, Schol. in Eurip. Med. v. 135 Ἀμφίπυλον. τὸ ἔχον δύο πύλας καὶ εἰσόδους, μίαν μὲν τὴν αὐθεντικήν, ἑτέραν δέ, ἣν Ὅμηρος λέγει ὀρσοθύρην. ἐγὼ οὖν, φησίν, ἐπὶ τοῦ ἀμφιπύλου οὖσα, [τουτέστιν ἐπὶ τοῦ πυλῶνος]—inclusa verba in duobus codd. Flor. deterioribus exstant—ἤκουσα φωνῆς ἔσω τοῦ μελάθρου. — Quo locorum conspectu confirmatur, ὀρσοθύραν magis magnae fenestrae ἐκτομάδι, v. supra p. 47, v. 8 ad v. ῥωγῶν 2), quam justae januae, ad quam scalis ascenderes, similem fuisse. Certe scholiasta Euripideus opposita τῇ αὐθεντικῇ »justam januam« fuisse τὴν ὀρσοθύραν aperte negat. Plurimi autem duco, quod in locis modo exscriptis novae duae res memorantur, quae neque ex ipsius vocis origine neque ex rebus ab Homero traditis divinari poterant quaeque auctores propriam quandam januae speciem describere luce clarius ostendunt. Primum, quod Hes. μεγάλην esse dicit ὀρσοθύραν, quum propter στενοὺς τόπους supra in v. »ῥῶγες« memoratos, parvam potius fenestram exspectares. Ac revera Eust. 1929, 12 ἄγχι παρ' ὀρσοθ. ἕστη Φήμιος explicat : ἧς ἐν στενωπῷ συσταλεὶς ἐλάνθανε et in cod. Monacensi ad 22, 126 super vocem ὀρσοθύρη a tertia (?) manu scriptum est : μικρὰ θύρα, θυρίς, cujus scholii auctoritas tamen cum Hesychii ne comparari quidem potest. Deinde, quod certo ἀμφιθύρου sive πλαγίας nomine appellatur ὀρσοθύρα. Certo, inquam, ἀμφιθύρου nomine, quamquam concedendum est, id, quod Polluci certum fuit, nobis maxime esse ambiguum. »Ἀμφίθυρος Janua, quae ex adverso aliam sibi habet oppositam, quae ἀντίθυρος dicitur, vel ἀμφίθυρος est janua ἀμφὶ τὴν αὔλειον etc.« Sic Kuehn. ad Polluc. l. l. coll. Od. 22 et Hes. in v. Contra Const. Matth. lex. Eur. l. l. »ne opinemur«, inquit ὀρσοθύρην ἀμφίθυρον et ἀμφίπυλον vocatam esse, quatenus alteri januae opposita fuerit, prorsus interdicit praep. ἀμφί. Nunquam enim verba cum ἀμφί composita id ipsum indicant, quod alterum habet sibi oppositum. Immo, ut ἀμφικύπελλον est, quod utrimque est poculum, ἀμφικάρηνον, quod utrimque caput habet (*zweiköpfig*) etc., ita ἀμφίπυλον nihil aliud esse potest, quam quod utrimque fores sive duplicem forem habet«. Quod praeceptum ipse vocabulorum ἀμφίπυλον et ἀμφίθυρος usus confirmare videtur, quae praeter Pollucis l. l. nunquam non de aedificio vel loco, qui utrimque fores habet, usurpantur, cf. e scriptorum locis Soph. Philoct. v. 16 δίστομος πέτρα cum v. 159 οἶκος ἀμφίθυρος πετρίνης κοίτης; 952 σχῆμα πέτρας δίπυλον : Lysiam adv. Eratosth. 15 Bekk. Or. Att. I, p. 245 »ἔμπειρος — ὢν ἐτύγχανον τῆς οἰκίας, καὶ ᾔδειν ὅτι ἀμφίθυρος εἴη« : Lucian. Amor. 13 »Ἔστι δ' ἀμφίθυρος ὁ νεὼς τοῖς θέλουσι καὶ κατὰ νώτου τὴν θεὸν ἰδεῖν ἀκριβῶς« : Plut. Num. c. 20 νεὼς δίθυρος, quem idem scriptor comp. Lyc. c. Num. c. 4 ἀμφίθυρον οἶκον nominat. Adde e grammaticis : Bekk. Anecd. I, p. 204 λέξεις ῥητορικαί »ἀμφίθυρος οἰκία· ἡ ἔχουσα ἑκατέρωθεν θύρας φερούσας ἔξω εἰς τὴν ὁδόν« et Hes. in v. »οἰκία ἔχουσα ἀμφοτέρωθεν θύρας«.

Paulo difficilior Theocritei loci 14, 41. 42 interpretatio est : »Ὠκυτέρα μαλακᾶς ἀπὸ δίφρακος ἔδραμε τήνα Ἰθὺ δι' ἀμφιθύρου καὶ δικλίδος, ᾇ πόδες ἆγον«. Wuestemannus ἀμφιθύρου voce januam significari putat, quae in interiorem aedium partem ferat, fortasse ipsius vestibuli. Scholiasta autem ad v. 42 Ἀντικρὺ τοῦ οἴκου τοῦ διθύρου. Quae non tam inepta esse, quam partem eorum, quae sequuntur »Ἀμφίθυρον γὰρ καὶ (δικλὶς L.) δίπτυχον, ταὐτόν ἐστι. Δηλοῖ δὲ τὸ δίθυρον« jam inde cognoscitur, quod scholia B. M. et Vict. ad Il. Ω, 323 (coll. Eust. ad Ω, 238) exhibent : Προθύροιο : τὰ τῆς αὐλῆς τειχία. Κύπριοι δὲ παστάδα ἀμφίθυρον B. M. Σικελοὶ δὲ τὴν αὔλειον θύραν V. Quare qui Theocriteam Cyniscam aut per conclave quoddam ἀμφίθυρον aut per spatium προθύρου alicujus duplicibus foribus ornati (πυλῶνος certe interiores januas ab exterioribus discernit Vitruv. VI, 7, 1) et per δικλίδας i. e. bifores valvas ejusdem transitus effugisse diceret, non inepta proferret, cf. Voss. ad Arat. p. 37 sqq., qui δικλίδα Theocr. XIV, 42 dicit esse bifores valvas in aulam ducentes. Quamquam ob incertam rationem praedii, ubi Aeschines cum Cynisca et amicis epulabatur, et quia nos fugit, in qua aedium parte compotaverint, de re non satis liquet. — Etiam Euripidis scholiasta — hoc dubitare non licet — τὸ ἀμφίπυλον, in quo duplicem aditum discernit, non januam, sed locum biforem esse voluit. Solus Pollux l. l. januam ipsam et, si verba ejus corrupta non sunt, unam januam, ab aliis πλαγίας nomine appellatam, ἀμφίθυρον esse dicit. Quare non satis accurate de aedd. I, p. 31, annot. 39 sub extr. scripsi »Pollucem utramque januam 4 et 4 uno nomine complexum esse«. Unam significavit ac si quis eam Kuehnio auctore v. supra p. 57, v. 29 explicare vellet januam »ἀμφὶ τὴν αὔλειον«, comparari fortasse liceret τὸ ἀμφίθυρον i. e. (apud infimae aetatis scriptores) »velum ad portas bematis vel ecclesiae expandi solitum. Quum vero nemo dubitare possit, quin altera illa τοῦ ἀμφιπύλου janua, quam praeter τὴν αὐθεντικὴν schol. Euripideus commemoravit quamque et ipse ὀρσοθύραν appellavit, eadem sit atque Pollucis ἀμφίθυρος — πλαγία — ὀρσοθύρα : aut praeeunte Matthiaeo vocem Pollucis mutabimus — scribendum esse judicat »ἀντίθυρος«, ut recte janua postica indicetur, quae alteram (priorem) sibi habeat oppositam — aut judicabimus contra vulgarem usum ἀμφίθυρον Pollucis esse »*Gegenthüre*«, januam, quae alteri januae sit opposita. Quod nunc quidem satius esse duco quam scriptoris verba in omnibus libris, quod sciam, eodem modo tradita mutare. Reperitur enim simillimum exemplum apud Vitruvium VI, 7 (10), 2. »In prostadii autem dextra ac sinistra cubicula sunt collocata, quorum unum thalamus, alterum amphithalamus dicitur«, ubi codd. omnes amphithalamus exhibent. Herm. Barbarus, alii, v. Schneid. ad Vitruv. l. l., Lobeck ad Phryn. p. 252, ann. † v. 2, »antithalamus« conjecerunt. Codicum lectionem si tuemur, amphithalamus aeque respondet thalamo, atque ἀμφίθυρος θύρᾳ αὐθεντικῇ. Utcunque igitur hoc nomen habet, hoc certum erit, si Euripidis scholion comparaveris, a Polluce illo vocabulo alteram quandam januam loci biforis indicari, quae eadem ab Homero ὀρσοθύρα vocetur. Quae opinio profecto ab interpretatione »magna janua in summo pariete in modum fenestrae aperta« plurimum differre videtur, quare Bernhardius ad Suidae glossam II, 1170 »Ὀρσοθύρη. θύρα ἐν ὕψει τοῦ τοίχου« addit : »Diversam explicationem sequitur Schol. Eurip. Med. 135«. — Sed quidni in superiore contignatione, qualem supra descripsimus, utrimque fores, hac parte ὀρσοθύραν, illa τὴν αὐθεντικήν, apertas fuisse cogitemus. Certe δίθυρα sive ἀμφίθυρα »ὑπερῷα« a Graecorum moribus aliena non fuerunt. Quid enim? Δίθυρα illa (Polyb, 27, 1, 6), sub quae Ismenias confugit quaeque Schneiderus in lexico in voce interpretatur »*eine Loge mit 2 Thüren*«, nonne sunt sedes legatorum Romanorum in theatro, ubi concio habebatur (cf. *Herm. Staatsalterth. § 128, Anm. 9; O. Müller, Handb. d. Arch. d. K. 3te Aufl. § 289, 3*) in primo graduum

circulo vel in proscenio projectae et in altum exstructae? Similia sunt, quae in theatris commemorantur podia sacerdotum (»*Prosceniumslogen*« *Pompeji Overbeck* p. 132 extr.), suggesta sive cubicula imperatorum et munerariorum in amphitheatris (cf. Ruhnkenii in Antiqu. Rom. lectiones academ. XIX cum Eichstadii annot. Jen. 1831, p. 13. ann. 44, 4, a., — Suet. Jul. Caes. c. 76; Neron. c. 12; Plin. Paneg. c. 51; Juvenal. II, 147 —) — Etiam privatarum aedium bifore *ὑπερῷον* describi facile credas Polluc. X, 25, ubi scriptor, quum antea et postea de foribus verba faciat, haec interponit : *ἡ δὲ ὀπὴ εἴρηται ἐν Αἰολίσκωνι Ἀριστοφάνους καὶ διοπῆς καπιτέγους.* Sic enim proxima verba in MS. Quodsi Jungermannus in annot. 43 ita scripsit : »fere *διοπὴν* Aristophani affinxissem«, recte intellexit, optime in hunc locum quadrare, quod MS. exhibeat *διοπῆς* in unam vocem conjunctum. Ita enim scriptor, ut *ὀπὴν* dixerat esse apud Arist. pro »janua«, sic *διοπὴν* etiam de bifori *ὑπερῴῳ* i. e. *κἀπὶ τέγους* dici contenderet. Prius *καί* utrumque exemplum conjungeret. Sed hac interpretatione opus non esse concedendum est; nihil enim obstat, quin verba sic dirimas : *καὶ δι' ὀπῆς κἀπὶ τέγους* et ipsi Aristophani haec omnia tribuas. Idque interpretes eo libentius praetulerunt, quo similior locus Athenaei esse videtur XIII, 569, b in fragm. Xenarchi v. 10 sqq. »Juveni eligenti puellarum in lupanari quamcunque libuerit, opus non est *κλίμακ' αἰτησάμενον εἰςβῆναι λάθρα, Μηδὲ δι' ὀπῆς κάτωθεν ἐκδῦναι στέγης, Μηδ' ἐν ἀχύροισιν εἰςενεχθῆναι τέχνῃ.* Quo in loco neque *διοπῆς* substantivum e *κάτωθεν* aptum scribere neque communem adjectivi formam *διόπου* fingere et cum »*στέγης*« conjungere volo, ut biforis contignatio superior evadat et MS. lectio *διοπῆς* sive interpretis *διόπης* in Pollucis l. l. confirmetur; hoc unum animadvertas, quaeso, verba versus 10^mi^ *μηδὲ δι' ὀπῆς κάτωθεν ἐκδῦναι στέγης*, si rerum traditarum seriem observaveris, minus recte a Schweighaeusero verti »nec per foramen tecti domo rursus evadere«, quum et in versu 9no et in 11mo amator domum induci dicatur. Quare malim amantem juvenem aut per fissum contignationis aut per fenestram (v. Stephani interpretat. apud Schweigh. ad v. 10) aut per majus foramen sive cataractae sive *ὀσσοθύρας, πλαγίας* cujusdam emergentem cogitare. Tamen neque ex rerum ordine in ejus generis carmine neque ex fragmento apud Pollucem servato certi quidquam colligi potest. Contra certissimam esse judico glossam Hesychii : *Δίπυλον. ὑπερῷον.* Substantivum neutrum *δίπυλον* (cf. Et. M. p. 299, 10) explicatur „superior contignatio". Unde adducor, et vulgo genus quoddam *ὑπερῴων* bifore fuisse et, quum *τὸ ἀμφίπυλον* et *τὸ δίπυλον* nomina sint simillima, eum, qui etiam *ἀμφιπύλου* duplices fores in *ὑπερῴῳ* fuisse apertas judicet, nihil fingere, quod a veri specie nimis abhorreat. Hoc igitur satis probabili conjectura assecuti sumus : »*Ὑπερῷον*« illud, quale supra descripsimus, *μεσόδμη, κρεμάθρα, ἀμφίπυλον*, duplicem januam habere potuit, **justam** unam, cui scalas ob id ipsum acclinatas fuisse facile putes, alteram »*ὀρσοθύραν*«, quae magna et obliqua (*πλαγία* = a latere aperta) fuisse dicatur. Neve ea, quae adhuc disputavimus, si tibi probata fuerint, scholio illo Euripideo in Med. v. 135 rursus labefiant, haec adjicio. Neque verum est, quod dicunt scholiastae interpretationem *ἐπὶ τοῦ ἀμφιπύλου οὖσα ἤκουσα φωνῆς ἔσω τοῦ μελάθρου* (v. Elmsley. ad l. l. et Matth. lex. Eurip. p. 184 sqq.) ad Euripidis verba minus convenire — chorus *γυναικῶν πολιτίδων* (v. *ὑπόθεσιν* Aristoph. grammatici apud Dind. poet. scen.) in vicinae domus *ὑπερῴῳ* quodam *ἀμφιπύλῳ* stans lamentationem Medeae intra aedes regias *ἔσω μελάθρου* editam audire potuit —, neque, si verum esset, hac re id, quod e scholiastae verbis coegimus, mutaretur. Qualem enim scholiasta *ὀρσοθύραν* animo finxerit, enodare studuimus; num sua de *ὀρσοθύρᾳ* opinione recte usus sit ad Euripideum locum explicandum, quaerere nostrum non erat. Verba, quae in eodem

scholio ad »ἐπὶ τοῦ ἀμφιπύλου« addita sunt »τουτέστιν τοῦ πυλῶνος« plane omittere possem, quum in solis Flor. duobus codd. deterioribus reperiantur. Ne tamen veri vestigium, quamvis sit leve, delere videar, dicam, quod sentio. Aut ὑπερῷον illud bifore, propter similitudinem quandam cum aulae porta i. e. πυλῶνι comparatum (cf. de aedd. I, p. 31, annot. 39 versu proximo a postremo et Vitruv. VI, 7, 1 (supra pagina 58, v. 10), et ipsum πυλῶνος nomen cepit, aut πυλῶνος nomen simili modo depravatum est, atque in Eratosthenis verbis apud schol. in Apoll. Rh. Argon. I, 972, ubi, quod olim e cod. f. expressum fuit, »πυλεῶνος«, nunc ex optimo Laurentiano codice mutatum est a Keilio in »πετεῶνος«. Versus ipsos autem si comparaveris: „Ἣν χερνῆτις ἔριθος ἐφ' ὑψηλοῦ πετεῶνος Δενδαλίδας τεύχουσα, καλοὺς ἤειδεν ἰούλους", non facere poteris, quin novum illud vocabulum compares cum εἱρκτῇ, ergastulo in scena, (Polluc. IV, 125), gynaeconitide apud Xen. Mem. II, c. 1, § 5 et πύργῳ illo servarum (Demosth. in Euerg. et Mnesib. 56 Oratt. Att. ed. Bekk. V, 485 post med.) „ἐν τῷ πύργῳ γὰρ ἦσαν — αἱ θεράπαιναι — οὗπερ διαιτῶνται. Quid, quod ii quidem, qui πέτευρον a πέτομαι ductum esse putent, v. supra pagina 45, v. 23, utrumque ὑπερῴου cujusdam nomen ex eadem stirpe nomen cepisse contendere possint. — — Postremo mentionem faciam oportet verborum Etym. M. pag. 634: Ὀρσοθύρη — — εἴρηται παρὰ τὸ ὀρούειν ἐπ' αὐτήν. λέγει δὲ Σιμωνίδης κακοσχόλως, Καὶ τῆς ὄπισθεν ὀρσοθύρης ἠλσάμην, quae ipse olim (de aedd. I, p. 31, ann. 39 extr.) non satis intellexi. Nunc, qui contulerit verba Lobeckii ad Buttm. gr. gramm. II, p. 5, ann. 1) et addit. p. 487 „διηλσάμην i. e. ἐπύγισα ut ἐγών τυ κατήλασα Theocr. V, 116" et Bergkii ad Simonidis Amorgini fragm. 15 (21), poet lyr. Gr. ed. I, pag. 508 »Sylburgius ὀρσοθυρίδος, cf. Sotades ap. Athen. XIV, p. 621, b: ὁ δ' ἀποστεγάσας τὸ τρῆμα τῆς ὄπισθε λαύρης«, — amplius non dubitabit, quin utroque loco, Simonidis et Sotadis, usitatum aedium partis nomen ad obscoenam rem translatum sit. Quare, quae Doederleinius doctissimus, Hom. Gloss. II, CXXII § 986 disputavit, mihi quidem minus probabilia esse videntur, praesertim quum nimis confidenter ex ὀρσοί· τῶν ἀρνῶν οἱ ἔσχατοι γενόμενοι (Hes.) et ὄῤῥου uropygii et compositi ὀρσοθύρης originem repetat. Veriora de ὀρσοῖς illis agninis, nomini ὀρσοῦ i. e. palmitis subjectis, docuisse puto Passovium (lex. in vocibus: ὀρσός [ὀρσοί], ed. 5tae ὄρσος [ὄρσοι]).

Restat, ut quaeramus, quo in loco aedium sive qua in parte μεσόδμης ὀρσοθύρα illa fuerit. Qua in re, quem solum habemus auctorem, eum ducem sequamur, — Didymum, vel quisquis scholia vulgata scripsit. Is enim, postquam ad. v. 126 adjecit, quae supra attulimus „ὀρσοθύρη: ἐν τῷ τοῦ οἴκου ἐναντίῳ τοίχῳ θύρα ἦν δι' ἧς εἰς τὸν θάλαμον ἦν ἀναβῆναι, ἔνθα τὰ ὅπλα ἔκειτο κ. τ. λ., ad v. 130 scribere pergit: ἐφορμή: ἔξοδος. ἦν δὲ ἑνὸς μόνου ἔξοδος ἐν τῷ ἀντικρὺς τῆς εἰςόδου τοίχῳ τοῦ ἀνδρῶνος. ἐν τῇ δεξιᾷ γωνίᾳ ἦν ὀρσοθύρα, ἥτις εἰς τὴν λαύραν ἔφερεν. ἡ δὲ λαύρα στενωπός ἐστι παρακείμενος ἔξωθεν τοῦ ἐν δεξιᾷ τοίχου, ἐν ᾧ καὶ ὁ θάλαμος, οὐχ ὁ Πηνελόπης, ἀλλ' ἐν ᾧ τὰ ὅπλα ἔκειτο. αὕτη δὲ ἡ λαύρα ἔξοδον ὡς εἰς τὸν πρόδομον εἶχεν. ἑνὸς δὲ ἦν ἔξοδος. ὀρσοθύρα, λαύρα, θάλαμος, ἀνδρών, οὐδός, πρόδομος. Sic Dindorfius, qui in Buttmanni scholio nihil mutavit, praeterquam quod ante prius ἐν ᾧ et ante ἀλλ' commata et post ἔξοδος in extremo versu punctum interposuit et pro »θάλαμον ἀνδρῶν. ΟΥΔΟΣ. πρόδομος«, quo modo jam in ed. Paris. 1530 et Hervagiana 1535 scriptum exstat, Buttmanni conjecturam θάλαμος, ἀνδρών, οὐδός, πρόδομος in textum recepit. — Hujus scholii prima pars obscura, extrema corrupta est, medium vero scholion duas res tradit ut minime ambiguas, ita et aliorum scriptorum auctoritate et ipsius poetae verbis egregie confirmatas 1) λαύραν, in quam ὀρσοθύρα duxerit, secundum dextrum oeci virorum parietem pertinuisse et exitum ad πρόδομον habuisse 2) in ipsa hac λαύρᾳ thalamum armorum fuisse inclusum. Totam

hanc de λαύρᾳ sententiam poetae verbis confirmari jam supra pagina 55 media significavimus et infra, ubi de libro 22do disputabimus, iterum apparebit. Tenemus igitur, quod de aedd. I, p. 30, ann. 39 e scholii verbis στενωπὸς, ἐν ᾧ καὶ ὁ θάλαμος collegimus, λαύραν Odysseae l. l. non viam publicam fuisse, sed viam subdialem, ipsi domus lateri adjunctam muroque inclusam. Idque confirmamus non modo Apollonii sophistae rei narratae explanatione, p. 122, v. 15 ed. Bekk. »καὶ ὁ Μελάνθιος διὰ τῆς ὀρσοθύρης ἀνέβη, ὁ δὲ Εὔμαιος καὶ Φιλοίτιος κατὰ τὴν ἔξω περίοδον«, sed inprimis Hesychii glossa »Λαυστήρ. μοχθηρός. ὅμοιον δὲ τῇ δυνάμει τὸ ὄνομα. ἢ »οἶκου λαύρα«, cujus prior pars quod nomen rei foedae ad hominem foedissimum translatum esse docet, non valde miror. Res foeda autem et λαυστήρ et λαύρα videri potuit, quum στεναὶ ῥύμαι, et publicae et privatae, sine dubio antiquo tempore ut hodie saepissime fuerint sordidae cf. Suid. ed. Bernhard. II, 1 p. 510, 3 : λαύρα ἡ στενὴ ῥύμη, ἔνθα πᾶσα ἀκαθαρσία. ἢ ὁ ῥυπαρὸς τόπος cf. schol. in Arist. Pac. v. 98, et λαύρας = ἀμάρας Moerid. Att. p. 202, 35, ed. Bekk., Eust. p. 1921, 57.

Prima pars scholii difficilis est ad intelligendum, quum verba ἦν δὲ ἑνὸς μόνου ἔξοδος ἐν τῷ ἀντικρὺς τῆς εἰσόδου τοίχῳ τοῦ ἀνδρῶνος (cf. ad proxima haec verba schol. in v. 270) plane idem significare videantur, quod ad v. 126 legimus „ὀρσοθύρη : ἐν τῷ τοῦ οἴκου ἐναντίῳ τοίχῳ θύρα ἦν, δι' ἧς κ. τ. λ., ita ut ὀρσοθύραν et ἐφορμήν, ἔξοδον, ἑνὸς μόνου ἔξοδον« facile quis unam eandemque januam habere possit. At Homeri verba id fieri non patiuntur, v. supra p. 55, v. 6 sqq. Quamquam igitur fuerunt, qui »τήν« v. 129 ad ὀρσοθύραν spectare putarent, »ἐφορμήν« nemo, quod sciam, interpretatus est »ὀρσοθύραν«. »Μία δ' οἴη γίγνετ' ἐφορμή = Unus solus fiebat aditus" est potius : una sola via ad hunc exitum, ὁδὸν ἐς λαύρην (v. 128), accedi poterat. Ἐφορμή igitur et glossa ἔξοδος non ipsas januae cujusdam fores significant, ut Xen. Anab. IV, 2, 6 ἔφοδος (αὐτόθεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἦν) non certum viae locum, angustias sive portas transeundas, sed totam viam sive mavis ipsam accedendi (exeundi) actionem. Utque apud Xenophontem sententia est : Inde ad hostes accedi poterat, ita »(μία δ' οἴη γίγνετ') Ἐφορμή : ἔξοδος« est : una sola via ad (ὁδὸν ἐς λαύρην) portulam in exteriore προδόμου pariete ab Eumaeo observatam accedi, una sola via ex oeco (et λαύρᾳ per portulam illam) in aulam evadi poterat. Quae sequuntur : ἦν δὲ ἑνὸς μόνου ἔξοδος κ. τ. λ. ad eadem quidem poetae verba „μία δ' οἴη γ. ἐφ." spectant, cf. Eust. ταύτην (τὴν ὀρσοθ.? v. supra pag. 55, 2 sqq.) κελεύει Ὀδυσσεὺς τὸν Εὔμαιον φράζεσθαι μίαν μόνην ἔχουσαν ἀφορμήν, οἵαν ἑνὶ μόνῳ διεξοδευθῆναι διὰ τὸ ἄγαν στενώτατον, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὑπὸ ἑνὸς μόνου ἀλκίμου δυναμένην φυλάττεσθαι, sed noli hanc ob causam hic μίαν οἴην interpretari »simplicem, singillatim ineundam (coll. μιᾷ ῥώμῃ = ἑνὸς ἀνδρὸς ῥώμῃ Soph. Oed. Reg. v. 122. 123)«. Immo »haec una sola ἐφορμή« ideo a scholiasta ἑνὶ μόνῳ transeunda recte dicitur, quod et portula, ad quam una tantum via accedi possit, haud inepte putetur habere angustum aditum, uni vel paucissimis transeundum, et quod v. 137. 138 diserte commemoretur »καὶ ἀργαλέον στόμα λαύρης· Καί χ' εἷς πάντας ἐρύκοι ἀνήρ, ὅς τ' ἄλκιμος εἴη«, sive quis »στόμα λαύρης« ipsam illam portulam (ὁδὸν ἐς λαύρην) esse putat, sive distinguit inter utrumque transitum, id quod factum videbis in tabulae lithogr. extremo huic libello additae fig. B. n. 6 et 7 (= de aedd. I, tab. I, fig. B, n. 6. 7). Tamen etiamsi verbis ἦν δὲ ἑνὸς μόνου ἔξοδος ἐν τῷ ἀντικρὺς τῆς εἰσόδου τοίχῳ τοῦ ἀνδρῶνος rationem describi concedas, qua unus ille per portulam προδόμου evasurus oecum relinquere potuerit, contortus est dicendi modus : »exitus erat unius illius in adverso oeci virorum pariete« pro eo, quod dici oportuit : »initium exeundi uni illi profectum est (in) ab adverso oeci virorum pariete". Jam sequuntur singulae exitus ipsius i. e. viae

partes »ἐν τῇ δεξιᾷ γωνίᾳ ἦν ὀρσ. κ. τ. λ. — Mallem igitur verba ἦν δὲ ἑνὸς μόνου ἔξοδος mutare ita: ἦν δὲ ἥδε ἡ ἑνὸς μόνου ἔξοδος vel ἥδε δὲ ἡ ἑνὸς μόνου ἔξοδος ἦν. Ἐν τῷ ἀντικρὺς τῆς εἰσόδου τοίχῳ τοῦ ἀνδρῶνος ἐν τῇ δεξιᾷ γωνίᾳ ἦν ὀρσοθύρα, nisi hoc ei relinquendum esset, qui codicum adjumento usus veram scholii formam restituere poterit. Etsi vero, quam sententiam primis scholii verbis inesse putaremus, demonstravimus, caput totius quaestionis, ipsum ὀρσοθύρας locum nondum satis explicavimus. Olim (de aedd. I, p. 30, ann. 39, v. 4 scripsi »Viam per ὀρσοθύρην (n. 4) cum Buttmanni scholio ad χ, 130 — ἐν τῇ δεξιᾷ γωνίᾳ, non prope introitum θαλάμου mulierum, id quod antea volueram, aperui«. Sed, ut verum dicam, non ὀρσοθύραν in τῇ δεξιᾷ γωνίᾳ sive extrema dextri parietis parte aperui, sed τὴν αὐθεντικὴν cum scalis conjunctam, et ipsam numero 4 signatam. Ὀρσοθύρᾳ locum definivi angulo illi quam maxime vicinum in priore μεσόδμης margine et itidem numerum 4 appinxi. Nunc, quod propter solam scholiastae auctoritatem (eamque ne ita quidem satis accurate comprobatam) feceram, rescindo, quodque antea volueram, restituo. Primum enim in janua principali stans Ulixes Melanthium ascendentem per priorem januam 4 deformationis meae de aedd. I, tab. I, fig. B conspicere debuit, id quod factum non esse jam supra (p. 56, v. 8 ab inf. m.) e 22, 151 sq. collegimus. Contra si ὀρσοθύραν in eo μεσόδμης latere aperias, quod τῇ αὐθεντικῇ θύρᾳ cum scalis conjunctae oppositum est quodque ipsam dextram partem τοῦ μυχοῦ sive introitus θαλάμου mulierum tangit, Melanthius ipsa illa columna, prope quam collocavi crateram (lit. n), tegi et Ulixem fallere potuit. Deinde ita demum μεσόδμη revera facta esse videtur »ἀμφίπυλον« i. e. superior contignatio, a cujus utraque parte janua aperta sit. Postremo, si cuncta, quae de ὀρσοθύρᾳ tradita sunt, comparaveris, amplius omnia ad normam verborum illorum ἐν τῇ δεξιᾷ γωνίᾳ dirigere noles, quum aut scholiasta in eorum numero fuisse possit, qui leve discrimen inter utramque ἀμφιπύλου januam spernentes τὴν αὐθεντικὴν ipsam ὀρσοθύραν haberent vel alteram ὀρσοθύραν appellarent, v. supra pag. 55, vers. 34 ad Eust. p. 1921, 46 — aut verba ἐν τῇ δεξιᾷ γωνίᾳ aliud significare possint, atque significare videantur. In proximam hanc opinionem quum adductus essem, fuit, quum ob similitudinem notionum ἀγκῶνος et γωνίας (v. supra annot. 12mam) τὴν δεξιὰν γωνίαν idem esse sentirem, quod dextram μεσόδμην, dextrum ἀγκῶνα. Sed haec nimis incerta, ne dicam non satis probabilia, sunt et, nisi fallor, ipsa scholia in Odysseam faciliorem difficultatis tollendae modum praebent. Quum enim η, 87 ad lemma »ἐς μυχὸν ἐξ οὐδοῦ« in cod. E adnotatum sit »ἀπὸ φλιᾶς μέχρι τῆς ἔσω γωνίας«, apparet etiam in schol. Vulg. ad χ, 130 verbis ἐν τῇ δεξιᾷ γωνίᾳ oeci μυχὸν indicari posse. Itaque si vertas »in adverso oeci pariete« (cf. sch. Vulg. ad 126 coll. Eust. 1921, 49 ἐν τῷ τοῦ οἴκου ἔναντι τοίχῳ θύρα ἦν) »et quidem in dextra μυχοῦ parte ἦν ὀρσοθύρα«, scholiasta plane eodem in loco voluit collocare ὀρσοθύραν, ubi aliis de causis eam fuisse statuimus. Unum posset opponi hoc, quod fortasse sententiam illam his verbis expressam malles „ἐν δεξιᾷ τῇ γωνίᾳ", at neque invenire potui alios locos, quibus praeceptum illud de articulo ante substantivum collocando in μέσος, ἔσχατος, ἄκρος, aliis adjectivis praedicati loco appositis (v. *Krüger Gr. Sprachl. f. Sch. § 50, 11, A. 5; Bäumlein gr. Schulgr. § 341, a. 1; Matth. § 277)* etiam in adjectiva ἀριστερός, δεξιός cadere videretur, neque profecto Eustathii verba de eadem re tradita p. 1921, 18 »τέως μέντοι τὴν Ὁμηρικὴν ταύτην (ὀρσοθύραν) στοχάζονταί τινες ἐν γωνίᾳ ἐκ δεξιῶν εἶναι τῷ Ὀδυσσεῖ ἱσταμένῳ ἐπὶ τῆς φλιᾶς καὶ τοξεύοντι, οὖσαν ἔν τινι διαχώρῳ (i. e. interstitio v. Suid. in v. διαχώρους) τοῦ τοίχου στενωτάτῳ interpretationi a me propositae repugnant. Proximis autem Eustathii verbis si quis ipsam κρεμάθραν, cryptam, μεσόδμην significatam velit, quam supra p. 53, v. 9; p. 38, 20 στενῶν τόπων, στενωποῦ, στενῶν ὁδῶν nominibus appellatam esse

vidimus, nihil habeo, quod opponam. Ita prior paries illius *διαχώρου* oeco erit adversus eque craticio opere factus, posterior, qui idem totius oeci paries posterior sit, hanc aedium partem a mulierum aedibus separabit; in uno latere *τοῦ διαχώρου μυχὸν* oeci tangenti majus foramen *ὀρσοθύρας*, in altero ad *λαύραν* pertinenti *ἡ αὐθεντικὴ* janua aperta erit. Vide in tabula extremo huic libello addita *τὴν ὀρσοθύραν* in fig. B, 4″, *τὴν αὐθεντικὴν* ibid. in 4′ et *μεσόδμας* magis parvae altitudinis, quam parvae latitudinis causa „angustum interstitium" appellatas esse puta.

Extrema scholii Vulgati verba, quae corrupta esse supra dixi, haec sunt: „*ἑνὸς δὲ ἦν ἔξοδος. ὀρσοθύρα, λαύρα, θάλαμος, ἀνδρὼν, οὐδὸς, πρόδομος.*" Quo versu contineri videtur brevior conspectus ejusdem viae *ἑνὸς μόνου*, quam supra descripserat scholiasta. Ita *ἑνὸς ἦν ἔξοδος.* esset: *ἑνὸς δὲ ἡ ἔξοδος ἦν ἥδε* et punctum, quod Dindorfius post *ἔξοδος* interposuit, esset pro Germanorum colo. At ea, quae sequuntur, viam *ἑνὸς μόνου* ab Agelao propositam, a Melanthio improbatam, non recte describunt. Quam si reperire velis in verbis corruptis, quae tradita sunt, conjecturis latus campus patet. Equidem, ne multus sim in re dubia, propono e codicum compendiis: *ὀρσοθύρα, λαύρα — — θάλα-μον* (sic in edd. antiquissimis) *ἀνδρ∾ οὐδός, πρόδομος* restituendam hanc lectionem: *ὀρσοθύρα, λαύρα, ἐν ᾗ ὁ θάλαμος, μόνου ἀνδρὸς οὐδός, πρόδομος.* Cetera plana sunt, *μόνου ἀνδρὸς οὐδός* esset poetae *ὁδὸς ἐς λαύρην* v. 128, ad quam ipse annotat *μία δ' οἴη γίγνετ' ἐφορμή* —, esset scholiastae *ἡ ἔξοδος ἡ εἰς τὸν πρόδομον.* Dubitari autem non potest, quin jam satis antiquo tempore fuerint, qui *ὁδός* sive *ὀδός*, id quod alias factum esse certum est (cf. Eust. p. 156, 32; 1513, 55, coll. Soph. Oed. Col. 57, 1590; Suid. in v. *ὀδός*; Meinek. ad Men. p. 233), etiam hic scriptum esse putarent pro *οὐδός* cf. Suid. ed. Bernh. II, 1, p. 510, ad v. 4 verba in codd. B. E. Med. ad *λαύρας* interpretationes appicta „*καί ἐστιν ἐν τῷ Οὐδὸς ἐς λαύρην*" et Et. M. p. 615, 12 (v. infra). — Sed permirum, quod in M. Aloysii apud Barnesium et in antiquissimis editionibus, v. supra p. 60, v. 6. 7 ab inf. m. verba scholii *ἀνδρῶν, οὐδός, πρόδομος* non uno tenore continuantur, sed post *ἀνδρῶν* interpungitur. Tum novum lemma *ΟΥΔΟΣ* sequitur interpretatio *πρόδομος.* Qua de re varia sunt interpretum judicia. Barnesius scripsit *ὀδός* rettulitque glossam ad v. 128. Buttmannus dicit manifesto respici vocem *οὐδόν* v. 127. Tamen eo transferri lemma *οὐδός* cum glossa *πρόδομος* nolle videtur, quum in annot. 3 extrema adjiciat „hoc videre videor nomina omnia locum definientia nominativo casu hic coacervata fuisse *ὀρσοθύρα, λαύρα, θάλαμος, ἀνδρών, οὐδός, πρόδομος*". Ita proximis duobus verbis viae descriptio continuaretur, novum lemma non inciperetur, quod ad alium versum transferres. Equidem, quid sentiam, si verba *οὐδός, πρόδομος* cum superioribus sint continentia, supra explicavi. Sin autem novum lemma „*Οὐδός*" sequitur glossa „*πρόδομος*", utramque vocem ad *οὐδόν* (v. 127), non ad *ὁδός* sive *οὐδός* in v. 128 transferendam esse duco. 1) Primum enim interpretatio „*πρόδομος*" a v. 128, sive *ὀδός* sive *οὐδός* scribis, plane abhorret, ad v. 127, v. infra, accommodata est 2) lemma illud, quod supra e Suidae codicibus attuli „*Οὐδὸς ἐς λαύρην*", et ipsum ex „*Οὐδὸν ἐς λαύρην*" corruptum esse videtur, quum Et. M. p. 615, 12 legatur: *Οὐδὸν* (sic) *ἐς λαύρην, βατῆρα, βαθμόν. σημαίνει δὲ τὴν δημοσίαν ὁδόν· λαύρην δὲ Φιλόξενος τὴν ῥύμην φησί. καὶ τινὲς μὲν ὁδὸν ἀπέδωκαν, τινὲς δὲ τὸν κοπρῶνα, ὡς Ἱππῶναξ.* Item p. 557, 44 post *οἷον* non *ἦν ὁδὸς ἐς λαύρην*, sed *οὐδὸν ἐς λαύρην* in vulgato Et. M. textu scriptum erat, v. annot. Frid. Sylburgii ad h. l. Eandem denique accusativi formam confirmare videtur glossa Apionis, Et. Gud. ed. Sturz p. 608 extr. „*οὐδὸν βατῆρα*" atque illud, quod ipsae interpretationes *βατῆρα, βαθμόν* (Et. M. 615, 12 et in Apion. gl.) accusativo casu adjectae sunt. Corrupti scholii apud Et. M. 615, 12 primum lemma, ut

dicam, quod sentio, fuisse videtur hoc: Ἀκρόπ. δὲ παρ' οὐδὸν — — ἦν ὁδὸς ἐς λαύρην, unde intelligitur, cur utriusque vocis et οὐδοῦ et λαύρης interpretatio sequatur. Et. Gud. l. l. brevissime solum οὐδὸν explicat, sch. Vulg. item, sed nomin. casu. Scholia Vulgata vero, ut forma vocis magis ab Homerico οὐδόν recedunt, ita sententia omnium optime poetae verba interpretantur, quippe qui v. 127 non ut v. 126 voce „ὀρσοθύρη“ locum ἐν τῷ καταντικρὺς τῆς εἰςόδου τοίχῳ, in pariete januae principali, in qua Ulixes stabat, opposito, sed locum in προδόμου pariete exteriore (cf. ἔκτοσθεν supra p. 55, v. 10 et annot. 13.)) aulae adverso proxime οὐδὸν fraxineum principalis januae describat. Sublata autem glossa »οὐδός, πρόδομος« de scholio ad v. 130, quid reliquum sit, examinemus. Verba ὀρσοθύρα, λαύρα, θάλαμος, ἀνδρών, (sic enim scribendum erit) jam non ἑνὸς μόνου ἀνδρὸς viam, quam Melanthius improbavit, sed viam, qua Melanthius re vera thalamum armorum petivit atque e thalamo rediit, interpretantur. Quae autem antecesserunt »ἑνὸς δὲ ἦν ἔξοδος«, aut iterum animum advertunt ad id, quod ἔξοδος ἐς πρόδομον modo a scholiasta commemorata unius tantum hominis sit, aut denuntiant descriptionem viae ἑνὸς μόνου, quae non sequitur. Illud si probaveris, lacunam ita fere explebis: Μελανθίου δὲ ἥδε ἡ ὁδός. Altera sententia praelata sic fere scribes: ἑνὸς δὲ ἡ ἔξοδος ἦν ἥδε· ὀρσοθύρα, λαύρα, (στόμα), ὁδὸς ἐς λαύραν, πρόδομος· Μελανθίου δὲ ἥδε κ. τ. λ. Lacunosam hanc rationem, quia ad veterum editionum vestigia pressius accedere videtur, equidem simpliciori illi, quam primo loco proposui, praetulerim. Tamen certi quidquam hac in re eo minus contenderim, quo facilius mihi aliquis persuadeat, totum illum versum ab »ἑνὸς δὲ ἦν ἔξοδος« ipsius scholii partem primo non fuisse, sed a posterioris temporis librario esse appictum.

— — Quaerenti vero, utrum foramen illud ὀρσοθύρας in μεσόδμης latere apertum sit ad lumen in μεσόδμην admittendum, an ut aurae flatus ἀμφιπύλου duplici janua excitatus fumi partem tolleret, an ut calor e μυχῷ ἐσχάρᾳ proximo in ὑπερῷον illud (τὴν κρεμάθραν) deduceretur, proximum hoc verisimillimum esse respondebo[14]). Nam **et** apud alias gentes conclavia, quae calefieri possent, antiquo tempore pensilium conclavium nomine significata esse videntur[15]), cf. *Diez et. wb. p. 707. 708.* »Poêle *fr. (m.) heizbare wohnstube, auch ofen, altfr.* poisle. *Das mlatein. bietet* pisele *Edict. Roth.*, pisalis *(falsch* pisâlis *geschr. Gloss. prag. ed. Hoffm.) u. dgl. Dies weist formell auf lat.* pénsile, *syncopiert* pēsile *(daher der lange vocal im fries.* pysel [immo pisel, v. *von Richthofen* in v.] *mhd.* pfîsel), *allein der logische zusammenhang ist nicht deutlich. — — Das alterthum redet von* horreum pensile [cf. Colum. de r. r. I, 6, p. 39 ed. Mannhem. et supra pag. 52 med.], *das mittelalter von* domus pensilis, camera pendens; *dieser spur wäre nachzugehen*« (de variis formis ejusdem vocis in Germanicis linguis cf. Grimm. gram.

---

14) Non nego fieri potuisse, ut interdum condenda promenda per ὀρσοθύραν transferrentur, qua Melanthius ad arma procis porrigenda usus esse videtur. Vulgo per τὴν αὐθεντικὴν ascendebant.

15) Non ut Graecarum antiquissimarum aedium imaginem ad Hyperboreae domus similitudinem exprimam, sed ut demonstrem pensilia conclavia, quae calefiant, inepte ficta non esse, adscribam verba B. Franklini „*Philosophical and Miscellaneous Papers, London 1787, p. 47 sq.*“, quae, quum libellum meum legisset, comparanda mihi suppeditavit Christianus, frater carissimus: »*It is said the Icelanders have very little fuel, chiefly drift wood that comes upon their coast. To receive more advantage from its heat, they make their doors low, and have a stage round the room above the door, like a gallery, wherein the women can sit and work, the men read or write, etc. The roof being tight, the warm air is confined by it, and kept from rising higher and escaping; and the cold air, which enters the house when the door is opened, cannot rise above the level of the top of the door, because it is heavier than the warm air above the door, and so those in the gallery are not incommoded by it.*«

III, 429), **et**, id, quod hanc in rem, de qua disputamus, plurimum valet, Galenus ipso hoc *ὑπερῴων* genere, cui *μεσοδμῶν* nomen imposuimus, ad copias calefiendas vel fumigandas sua aetate usos esse testatur. Cujus verba eo libentius integra huc transscribo, quo certior est oeci illius agrestis, quem describit Galenus, cum antiquissimis Graecorum oecis similitudo. Idem enim auctor ad ipsam *μεσόδμην* explicandam (v. supra pag. 39, v. 1 sqq.) *τῶν πανδοχείων οἴκων καὶ τῶν κατ' ἀγρὸν ὁμοίως γεωργικῶν οἴκων* exempla affert, quorum rationem accuratius describit in loco, qui sequitur. Galeni *περὶ ἀντιδότων βιβλίον α'* ed. Kuehn., med. Graec. vol. XIV, Galen. tom. XIV, p. 17 (ed. Chart. XIII, 870, Basil. II, 426) „*κατὰ τοὺς ἀγροὺς ἅπαντας παρ' ἡμῖν οἶκοι γίνονται μεγάλοι, τὴν μὲν ἑστίαν, ἐφ' ἧς καίουσι τὸ πῦρ, ἐν μέσοις ἑαυτῶν ἔχοντες, οὐ πολὺ δὲ αὐτῆς ἀπέχουσιν αἱ τῶν ὑποζυγίων στάσεις, ἤτοι κατ' ἀμφότερα τὰ μέρη, δεξιόν τε καὶ ἀριστερὸν, ἢ πάντως γε κατὰ θάτερον. εἰσὶ δὲ κρίβανοι συνεζευγμένοι ταῖς ἑστίαις κατὰ τὸ πρόσω μέρος ἑαυτῶν, ὃ πρὸς τὴν θύραν βλέπει τοῦ παντὸς οἴκου. τοιοῦτοι μὲν οὖν ἅπαντες οἱ κατὰ τοὺς ἀγροὺς οἶκοι κατασκευάζονται, κἂν εὐτελεῖς ὦσιν. οἱ δ' ἐπιμελέστερον αὐτῶν κατασκευαζόμενοι κατὰ τὸν ἔνδον τοῖχον ἔχουσι τὴν κατ' ἄντικρυ τῇ θύρᾳ τεταγμένην ἐξέδραν. ἑκατέρωθεν δ' αὐτῆς κοιτῶνα, καθ' ὃν ἄνωθεν ἔστιν ὑπερῷα οἰκήματα, καθάπερ καὶ κατὰ πολλὰ τῶν πανδοχείων ἐν κύκλῳ κατὰ τρεῖς τοίχους τοῦ οἴκου τοῦ μεγάλου, πολλάκις δὲ καὶ κατὰ τέτταρας. ἐκ τούτων οὖν τῶν οἰκημάτων τὸ μάλιστα σκεπόμενον ἑκατέρωθέν ἐστι, τὸ κατὰ τῆς ἐξέδρας ἐπικείμενον* (Kuehnius bene: „exedrae incumbit" cf. Colum. de r. r. I, 6 „Apothecae recte superponentur his locis, unde plerumque fumus exoritur: quoniam vina celerius vetustescunt, quae fumi quodam tenore praecocem maturitatem trahunt". Pessime autem paulo supra Kuehnius *τὸ μάλιστα σκεπόμενον ἑκατ.* vertit „quae maxime spectatur utrobique"), *ἐν ᾧ τὸν οἶνον ὁ πατήρ μου κατετίθετο, μετὰ τὸ κατὰ τοὺς πίθους ζέσαι* — — *ἀμείνων δὲ τῶν οἴκων ὁ πρὸς μεσημβρίαν μὲν ἐστραμμένος, ἀπεστραμμένος δὲ τὰς ἄρκτους.* — — *συντίθεται οὖν ἐν ταύτῃ τῇ βοτάνῃ* (*τῇ κολυμβάδι* sive *στοιβῇ*) *τὰ κεράμια, καὶ τῶν οἴκων τῶν ὑπερῴων τοῦ μέρους τὸν ἕνα τοῖχον διετέτρα τρήμασιν ἀξιολόγοις, ἐστραμμένοις εἰς τὸν μέγαν οἶκον, ἐν ᾧ τόν τε κρίβανον ἔφην εἶναι καὶ τὴν ἑστίαν, προμηθούμενος, διὰ τῶν τρημάτων εἰσιέναι θερμασίαν εἰς τὸν οἶκον, ἐν ᾧ τὰ κεράμια κατετίθετο. ἔκ τε οὖν τῆς κατὰ τὸν μέγαν οἶκον θερμασίας ἡ ἀποθήκη θερμαινομένη, κἀκ τῆς στοιβῆς θαλπομένη, διεφύλαττε πάντα τὸν οἶνον, ὡς μηδέποτε ὀξυνθῆναι*". Ceterum vix opus erit annotare Galenum non ipsam Ulixeam *μεσόδμην*, *τὴν κρεμάθραν*, sed prius illud *μεσοδμῶν* genus, v. supra pag. 38 sq., cujus *ὑπερῷα* super *τὴν δοκὸν* exstructa erant, descripsisse. Neque quemquam praeteribit *κοιτῶνα* illum duplicem ab utraque *ἐξέδρας* sive *μυχοῦ* parte positum ab Ulixi quidem aedibus alienum esse, quippe qui suum sibi thalamum in interioribus aedibus exstruxisse videatur, cf. 23, 290 sqq. inprimis 294. 295. — —

Ulixes, postquam sagittam per securium foramina transmisit, *ἆλτο ἐπὶ μέγαν οὐδὸν* i. e. in limen principalis januae oeci (cf. schol. S. ad α, 255 „*ἐν πρώτῃσι θύρῃσι: ἐν αὐταῖς ταῖς πρώταις ταῖς αὐλείαις θύραις. προοικονομεῖ πόθεν ἔσται ἡ μνηστηροφονία*). Ibi igitur stabat pugnam cum procis commissurus. Prope eum aut certe in priore oeci parte versari suspicaberis Eumaeum, quem post rem 21, 380 traditam continuo in oecum redisse conjicies, quum sine dubio statim prima pugna jussus sit januam sive viam illam 22, 129 observare, Philoetium (cf. 21, 391: *ἐς δ' ᾔειεν αὐτός κ. τ. λ.*), Telemachum. Telemachum in ipsa prima pugna prope Ulixem stetisse, colligo e 21, 431 sqq.: *ἦ* (Ulixes), *καὶ ἐπ' ὀφρύσι νεῦσεν. ὁ δ' ἀμφίθετο ξίφος ὀξὺ Τηλέμαχος φίλος υἱὸς Ὀδυσσῆος θείοιο, Ἀμφὶ δὲ χεῖρα φίλην βάλεν ἔγχεϊ, ἄγχι δ' ἄρ' αὐτοῦ Πὰρ θρόνον ἑστήκει κεκορυθμένος αἴθοπι χαλκῷ.* Verto enim, ut

Res libro 22do traditae quomodo inter se aptae sint.

vulgo fit, »prope ipsum apud sellam stabat« i. e. constitit ad sellam Ulixi. Faesius solus, quod sciam, interpretatur »prope ipsius (Telemachi) sellam« coll. 139 et 118, credo, ne Ulixi sella, quae 21, 420 *δίφρος* nominatur, eadem hic *θρόνος* appellaretur. Equidem falsam quidem illam *δίφρου* definitionem »*eine Bank oder ein Stuhl ohne Lehne, dergleichen sich auch bei Vornehmern in den Nebengemächern, Schlafkammern u. dgl. finden*«, Grashof. apud Faesium ad Il. III, 424, non dixerim, sed tamen *δίφρον* generaliore *θρόνου* nomine significari posse puto, non aliter atque *κλισμόν*, cf. XXIV, 515 *ἀπὸ θρόνου* coll. 598 *κλισμῷ πολυδαιδάλῳ ἔνθεν ἀνέστη*; adde Eustath. 1366, 60 *Καὶ ὅρα ταυτότητα ὡς ἐν πολυωνυμίᾳ θρόνου, δίφρου* (578) *καὶ κλισμοῦ κ. τ. λ.*; p. 1515, 50 *δίφρος — θρόνου κατ' οἶκον εἶδος*; p. 413, 1 *δίφρον ἀεικέλιον ἤτοι θρόνον*; Et. M. p. 279, 34 *σημαίνει δὲ θρόνον*. Quin etiam, quod scholia ad *α*, 145 *οἱ δὲ μὴ ἔχοντες ταῦτα* (*κλιντῆρα*) *θρόνοι* coll. Porphyr. ad Il. *I*, 90 repugnant Hesychii glossae *θρόνος ἀνάκλιτος δίφρος*, meae interpretationi obsecundat. Neve propter 22, 91 quis putet Telemachum antequam Amphinomum a tergo transfixerit hasta, longe a patre abfuisse, affero scholion Vulgatum ad illum versum »*ἐγγὺς τοῦ Ὀδυσσέως γενόμενον τὸν Ἀμφίνομον παραλλάξας κατὰ τοῦ νώτου ἔβαλεν*. Postremo, quum vix intelligatur in extremis libri 21mi versibus, cur Telemachus armatus hasta et gladio (cf. Voss. ed. I, p. 460, 35 cum 22, 113) prope suam sellam constiterit, optime filius prope ad patrem (jam defendendum) ejusque sellam accedere dicitur, nam sic demum patris nutui (v. 431) recte obtemperat. — Quartus isque potentissimus Ulixi socius accessit Mentor i. e. personata Minerva cf. v. 203 sqq. *Ἔνθα μένος πνείοντες ἐφέστασαν, οἱ μὲν ἐπ' οὐδοῦ Τέσσαρες, οἱ δ' ἔντοσθε δόμων πολέες τε καὶ ἐσθλοί. Τοῖσι δ' ἐπ' ἀγχίμολον θυγάτηρ Διὸς ἦλθεν Ἀθήνη Μέντορι εἰδομένη κ. τ. λ.* Minerva tamen jam 239 avolans consedit hirundini similis *αἰθαλόεντος ἀνὰ μεγάροιο μέλαθρον* sive *αἰθαλόεντας ἀνὰ ῥῶγας μεγάροιο*, v. supra p. 41, v. 31 sqq., et p. 42 i. e. in tabulato *μεσόδμης, τῆς κρεμάθρας* (cf. p. 39, v. 21 sqq. et p. 40), qualem ab utraque parte *μυχοῦ* oeci exstructam fuisse diximus. Recte igitur et schol. Q. ad 239 et Eustath. ad 240 *μέλαθρον* interpretantur *τὴν ὀροφήν*, Eustath. quidem adjiciens *διὸ ἐρεῖ ἐν τοῖς ἑξῆς* (v. 298) *δὴ τότε ἀνέσχεν Ἀθηνᾶ αἰγίδα ὑψόθεν ἐξ ὀροφῆς, ὡς ταὐτὸν εἶναι ὀροφὴν καὶ μέλαθρον*, unde simul apparet, quam parvi v. 298 altera lectio *ἐκ κορυφῆς* et ab Eustathio ad l. l. et in cod. Monac. (hic tamen superscriptis verbis *γρ. ὀροφῆς*) tradita debeat haberi. — — Procos, Ulixi sociorumque ejus adversarios, dum epulantur, secundum tres intimos oeci parietes sedisse putes licet, v. supra II, 17 ante med.; certamine inito ignavissimum quemque intimam oeci partem, *τὸν μυχόν*, maxime fuga petivisse verisimile est, cf. v. 270: *Μνηστῆρες δ' ἀνεχώρησαν μεγάροιο μυχόνδε* i. e. *εἰς τὸν ἐνδότερον τόπον τοῦ ἀνδρῶνος, ὡςεὶ ἔλεγε, πρὸς αὐτὸν τὸν τοῖχον τὸν ἀντικρὺ τῆς εἰςόδου*. Q.

Jam quaeramus, non quo modo Ulixes procos vicerit, — pugnam ipsam enim poeta et copiose et dilucide explicat —, sed qua ratione victoriam praeparaverit et constituerit 1) arma, quibus proci uti possent, ex oeco in thalamum transferens 2) januas domus mulierum et portam aulae occludens 3) arma, quae induerent, et sibi et sociis ex thalamo afferri jubens 4) noxios poena afficiens, innoxiis parcens. 1) **Arma** Ulixes jam libri undevicesimi verss. 1—44, dum mulieres in sua domo includuntur v. 16 et 30, coll. supra II, 18 ante med., cum Telemacho transfert *ἐς θάλαμον* v. 17, **in thalamum** armorum, quem in interioribus aedibus i. e. in mulierum habitatione fuisse jam de aedd. I, p. 30, annot. 31 collegi ex verbis *εἴσω* v. 4, *ἐςφόρεον* v. 34 coll. cum 4, 775 (adde Platon. conviv. p. 176, e: *ταῖς γυναιξὶ ταῖς ἔνδον*). Idem confirmabitur scholio Vulgato ad 22, 130, si ejus verba, v. supra p. 60 post med., „*στενωπὸς ἐν ᾧ καὶ ὁ θάλαμος*", id quod fecimus in deformationis lit. **t**, ad interiorem *λαύραν* rettuleris.

Ceteri versus libri 19^{mi}, quos huc referri oportet, obscuri amplius nihil habent. Nam v. 37 et 38^{mus} »Ἔμπης μοι τοῖχοι μεγάρων καλαί τε μεσόδμαι Εἰλάτιναί τε δοκοὶ καὶ κίονες ὑψόσ' ἔχοντες κ. τ. λ.« parietes sub μεσόδμαις apparentes, tum μεσόδμας (κρεμάθραν) cum materiationis tignis (v. supra p. 40 post med.) et columnis, quae totum ὑπερῷον sustineant, enumerat. Qua in re si quis μεσόδμας, ut καλάς eas efficiat, opere intestino vel sculptura ornatas dixerit, ei concedendum erit. Hoc unum relinquitur explicandum in 22^{di} libri versu 143, cur Melanthius ex eodem thalamo, quem supra significavimus, arma petiturus, cf. ἔνθεν v. 144, dicatur ascendere Ἐς θαλάμους (plur. numero) Ὀδυσσῆος, ἀνὰ ῥῶγας μεγάροιο, quum aliis ejusdem libri verss., ut 161. 174 etc. semper ἐς θάλαμον singulari numero scriptum sit. Ne tamen pluralem illum, ut ἀνὰ ῥῶγας, ad ipsum ὑπερῷον (v. supra pag. 47 sqq.), per quod Melanthius transierit, referre et cum ἀνέβαινε conjungere velis, vetat ipsum vocabulum ἔνθεν v. 144 i. e. »ex quo armorum thalamo«, quum neque scholii verba στενωπὸς, ἐν ᾧ ὁ θάλαμος neque descriptio ipsius thalami, cf. 22, 188 ἐν δαπέδῳ χαμαὶ βάλον et v. 193 Κίον' ἀν' ὑψηλὴν κ. τ. λ. superioris contignationis thalamum indicare videantur. Puto igitur pluralem θαλάμους v. 143, ut 23, 41 et inprimis hymn. in Cerer. 143 »λέχος στορέσαιμι μυχῷ θαλάμων εὐπήκτων Δεσποσυνον«, totam interiorem aedium partem, mulierum habitationem indicare, in qua plurimi thalami sint. Ceterum Herodotus I, 34, quamquam aperte de compluribus oecis et thalamis commemoravit, simillimo verbo usus est: ἀκόντια δὲ καὶ δοράτια καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα τοῖσι χρέονται ἐς πόλεμον ἄνθρωποι, ἐκ τῶν ἀνδρεώνων ἐκκομίσας ἐς τοὺς θαλάμους συνένησε κ. τ. λ. — De scholio E ad α, 127 Ἔγχος μέν ῥ' ἔστησε φέρων πρὸς κίονα μακρὴν Δουροδόκης ἔντοσθεν ἐυξόου: οἰκονομικῶς δὲ εἶπεν »ἔνθαπερ ἄλλα ἔγχεα Ὀδυσσῆος«, ἵνα μὴ ἀπορήσῃ τις ἔμπροσθεν i. e. infra (v. Dind. ad p. 30, 2) ὅτι, ποῦ εὑρέθησαν τὰ δόρατα πρὸς φόνον τῶν μνηστήρων, quamquam haec verba meam de δουροδόκῃ sententiam (de aedd. I, p. 29) confirmare videntur, satis sit monere, ne nimium scholiastae sagacitati tribuatur. Poeta, qui Minerva adjutrice Ulixem cum tribus sociis superiorem fuisse tradidit centum et duodeviginti procis 16, 245 sqq., etiam tot homines sagittis Ulixi et octo hastis, 22, 110, (praesertim quum Ulixeae manui et ipsorum et interfectorum procorum hastis saepius uti liceret) interfectos esse narrare potuit. — 2) **Januas** domus mulierum et portam aulae occlusit Ulixes, antequam certamen cum procis iniret. Mulierum januas, inquam; nam ex 22, 151 coll. 158 collegimus praeter principalem illam januam (3), quae ex oeco virorum ad mulierum oecum ducebat, quamque in Ulixi conspectu fuisse putare oportet, alteram januam (8') e mulierum domo in λαύραν duxisse (coll. v. 400 etc.; de aedd. I, p. 30, annot. 39, v. 11 sq.). Aedes vero mulierum occludi jussit Ulixes, ne proci servarum opera qualicunque adjuvarentur neve rumor de procorum caede in urbem transiret, cf. 23, 137 sqq. Hac proxima de causa autem aulae quoque fores occludendae fuerunt (Eustath. ad ω, 166, p. 1955, 20 »ἐκλήϊσσεν ὀχῆας, τουτέστι μοχλοὺς τούς τε τῆς γυναικωνίτιδος καὶ τοὺς περὶ τὴν αὐλήν«). Jam in colloquio cum pastoribus, 21, 191 sqq., quod extra aulae portam factum esse opinor, cf. supra II, 6, v. 20. 21, Ulixes Philoetio mandavit aulae portam claudendam, v. 240 »Σοὶ δὲ, Φιλοίτιε δῖε, θύρας ἐπιτέλλομαι αὐλῆς Κληῖσαι κληῗδι κ. τ. λ.«, id quod bubulcus fecit v. 389 »Κλήισεν δ' ἄρ' ἔπειτα θύρας εὐερκέος αὐλῆς — — ἐπέδησε θύρας, ἐς δ' ἤιεν αὐτός«. Portam igitur aulae, per quam ad viam publicam exibant, clausit. Ceteras januas, quas poeta praeter aulae portam et duplicem illam januam domus mulierum (3 et 8') commemorat, omnes apertas relictas esse judico. Sunt autem principalis janua oeci, in cujus limine Ulixes stabat, ὀρσοθύρα, ὁδὸς ἐς λαύρην cum στόματι λαύρης, si hoc ab ὁδῷ ἐς λ. discernere libet. Ὀρσοθύρα quomodo clausa fuisse dici

possit ab eo, qui Melanthium 22, 142 sqq. eam transisse putet, cf. Voss. ed. princ. interpr. Germ. repetit. p. 459 n. 21 equidem non intelligo. Doederleinius quoque Glossar. II, p. 341, med. ὀρσοθύραν clausam fuisse censet, sed nondum explicavit, quam viam Melanthius v. 143 inierit, id quod in ῥωγῶν interpretatione eum facturum esse spero. Hoc certum est Homerum neque clausae neque effractae ὀρσοθύρας ullam facere mentionem. Quare non video, cur id, quod Melanthii viae explicandae impedimento foret, ipsi fingamus. — Etiam principalem oeci januam, in qua Ulixes stabat, inter procorum caedem apertam fuisse difficilius est ad probandum. Possum quidem, ut hanc rem confirmem, afferre neque Telemachum v. 157 cum Eumaeo ὁδὸν ἐς λαύρην observanti colloqui, neque Eumaeum 163 Ulixem ἐγγὺς ἐόντα alloqui potuisse, neque Telemacho aut pastoribus armorum thalamum petentibus viam patuisse, nisi principali illa janua aperta. Sed haec magnam partem ex mea totius rei explanatione pendent. At in Homeri ipsius verbis causa inest, quare januam illam apertam esse malim. 22, 258 quidem θύρη illa πυκινῶς ἀραρυῖα nominatur, sed hoc est »bene aptata, ut claudi posset« (»fest einfugend« Voss.), cf. 22, 155. 156, ubi Telemachus januam πυκινῶς ἀραρυῖαν apertam relinquit (ἀγκλίνας = ἀνοίξας Eustath. p. 1922, 22) et VII, 339. 340 »Ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ποιήσομεν εὖ ἀραρυίας, Ὄφρα δι' αὐτάων ἱππηλασίη ὁδὸς εἴη«, ad hoc magnam copiam epithetorum ornantium, quae dicunt, ut »νῆας θοὰς in terra positas« etc. Neve opponas, in θύραν illam interioris (λαΐνου) οὐδοῦ l. l. procorum hastas conjici non potuisse, nisi clausa fuisset, fingas licet valvas intus revolutas atque (interiori) oeci parieti acclinatas, ita ut tela 257 proxime, 258 magis, 259 maxime ab Ulixe aberraverint. Sunt valvae illae eaedem, quae 21, 137 κολληταὶ σανίδες appellantur; κορώνην autem ibid. 138 commemoratam non σανίδων, sed τόξου, ut Il. IV, 111 fuisse judico. — Animadverte autem ad illud, quod Ulixes 22, 121 arcum acclinat πρὸς ἐνώπια παμφανόωντα, id quod fieri non potuit, nisi valvis apertis, siquidem recte de aedd. I, p. 10 sqq. et p. 29, v. 10 ἐνωπίων parietes ita definivi, ut aditum ex aula in oecum ducentem a fraxineo limine usque ad lapideum utrimque includerent. Neque, quum Phemius et Medon ἐκ φόνου εἰς αὐλήν mittantur, v. 376 quidquam de janua reserata traditur; ancillae oecum purgant et in aulam ducuntur, postquam, quod sciamus, una janua domus mulierum 399 patefacta est, denique Ulixes ipse v. 494 lustrat μέγαρον καὶ δῶμα καὶ αὐλήν, postquam altera domus mulierum janua, id quod suspicari licet, v. 484 reserata est. De principali oeci janua rursus aperta neque ulla mentio fit, neque est, cur suspicemur. — Jam vero, ne januam ὁδοῦ ἐς λαύρην 22, 128 et στόματος λαύρης (nisi males nobiscum hoc proximum [in deformatione 7] ab illa [6] discernere) clausam fuisse putes, frustra monere videor. Ipse enim poeta v. 128 addit »σανίδες δ' ἔχον εὖ ἀραρυῖαι idque vix in aliam partem accipi posse videtur, quum 23, 42 σανίδες δ' ἔχον εὖ ἀραρυῖαι« de mulierum domus janua dicatur, quam revera clausam fuisse supra demonstravimus. Tamen hoc loco, de quo agitur, veri simile non esse contendo, ut illa ὁδὸς ἐς λαύρην clausa fuerit, quum ita v. 162 Eumaeo, antequam Melanthium per λαύραν ad thalamum accedentem animadvertere posset, janua illa obserata aperienda fuisset idemque antea a Telemacho arma petenti, postea a pastoribus Melanthium poena affecturis fieri oportuisset. Sed iterum nolo e mea totius rei explanatione argumenta petere. Ipsius poetae exemplum potest afferri, ubi simillima verba de janua non clausa dicuntur. 7, 88 verba: »Χρύσειαι δὲ θύραι πυκινὸν δόμον ἐντὸς ἔεργον«, si recte interpretaberis, nihil significabunt, nisi »aureae fores muniebant domum« (Voss. I et II »verschloſs«). Noli enim putare l. l. eandem januam illo ipso tempore clausam fuisse, per quam statim v. 135 Ulixes oecum Alcinoi intret. Domus ampla et bene munita describitur. Item 22, 128 ὁδὸν ἐς λαύρην bene munitam janua fuisse traditum est, ut intelligeremus, quo modo impetus procorum

(cf. v. 130 *μία δ' οἴη γίγνετ' ἐφορμή* et 137 *καὶ ἀργαλέον στόμα λαύρης*) facile potuisset arceri. Verte igitur l. l. *„und eine wohl fugende Thüre verwahrte ihn"* et cf. de verbo *ἔχον* Hesiod. Scut. Herc. 270 *Χρύσειαι δέ μιν (πόλιν) εἶχον ὑπερθυρίοις ἀραρυῖαι Ἑπτὰ πύλαι* et Il. X, 264 coll. schol. Vict. et paraphrastae interpretationem *ἐφύλαττον*, quamquam Vossius proximo hoc loco intransitive reddidit *„starrten"* aeque atque schol. Vulg. ad *ψ*, 42 verba *„σανίδες δ' ἔχον εὖ ἀραρυῖαι"* intransitiva vi interpretatus est : *εὖ ἠσφαλισμέναι ἦσαν*. 22, 128, quae Vossius in editione principe scripserat *„ein Weg in den Gang, mit fest verschlofsener Thüre"* in ed. stereot. recte mutavit in : *„ein W. in d. G., mit wohl einfugender Thüre"* et ipse de aedd. I, p. 30, an. 31, v. 6 ab inferiore margine pro *„στόμα λ.* janua illa clausum fuit", rectius scripsissem *„ὀδὸν ἐς λαύρην* janua illa v. 128 bene muniebat". — 3) **Arma** ut patri sociisque **ex thalamo** afferret, 22, 109 Telemachus hac via progressus est : De limine per apertam januam principalem, per apertam *ὀδὸν ἐς λαύρην* et *στόμα λαύρης* ipsam *λαύραν*, in qua thalamus armorum erat, intravit eademque via rediit, sive per **2** (interius), **6**, **7**, **q' q'** petivit thalamum **t** neque alia via revertit. — 4) **Noxios** poena afficiens, innoxiis parcens apparet Ulixes, si ipsam caedem procorum in oeco factam omittimus, **a**) in supplicio, quod de Melanthio sumi jussit **b**) in poena noxiis ancillis imposita **c**) in venia Phemio, Medonti ancillisque innoxiis data: — **ad a**) Quo loco Eumaeus v. 162 steterit, ubi Melanthium *λαύραν* transeuntem adque thalamum armorum accedentem animadvertit, jam ex iis, quae supra disputavimus, facile cognoscitur. De limine per januam principalem, per *αἴθουσαν* sive *πρόδομον* priorem, per *ὀδὸν ἐς λαύρην* et *προδόμου* partem interiorem (parietibus inclusam), usque ad primam *λαύραν* (per **2**, **6** ad **7**) progressus erat. Neque qui jussu Ulixi (173) Melanthium poena affecerunt, Eumaeus et Philoetius, v. 179 potuerunt non ingredi eandem viam, quam Telemachus ingressus erat (supra in 3)). Tamen hac in re pauca annotare liceat. V. 174 Vossius verba *„σανίδας δ' ἐκδῆσαι ὄπισθεν"* refert ad januam ab Eumaeo et Philoetio intus clausam, ne inter perficiendum opus a procis opprimerentur; equidem malo Ulixi verba ita intelligere, ut v. 173. 174 summam praecepti Ulixei contineant, v. 175—178 adjiciant, quo modo Ulixes vivum Melanthium cruciari velit. Faesius hoc recte ad l. l. explicavit, minus accurate scholiasta Q., qui Ulixem *μεταγνόντα* v. 175 sqq. addidisse judicet. — V. 179 *Βὰν δ' ἴμεν ἐς θάλαμον, λαθέτην δέ μιν ἔνδον ἐόντα* doctissimus Classen. *„Beobachtungen über den homer. Sprachgebr. 3ter Theil p. 10* (progr. gymn. Francof. 1856) scribere maluit *„λαθέτην δέ μιν ἔνδον ἐόντε"*. Verum vidit jam Eustath. p. 1922, 61 *τὼ δ' ἕσταν* (scr. *ἔσταν*) *λόχου δίκην ἑκάτερθε παρὰ σταθμοῖσι μένοντε. εἰσελθεῖν γὰρ οὐκ ἐχρῆν, μὴ καὶ ἀντιστὰς ἔνοπλος διεκφύγῃ*, idemque probavit Faesius; cf. Homeri verba v. 187 *ἔρυσάν τέ μιν εἴσω*. — V. 201 (*Τὼ δ' ἐς τεύχεα δύντε, θύρην ἐπιθέντε φαεινήν*) uterque pastor jam 114 armatus (*τὼ δμῶε δυέσθην τεύχεα καλά*) iterum arma induit, tum januam claudunt. Bene schol. Q. ad h. v. *ἀποδυσάμενοι γὰρ ἦσαν, ἵνα δεσμεύσωσιν ἀνεμποδίστως τὸν Μελάνθιον*. — Viam, qua Eumaeus et Philoetius Melanthium jam interficiendum v. 474 in aulam abduxisse viderentur, supra II, p. 18 sub extr. et p. 19 explicavi. — — **ad b**) Ancillas noxias v. 446 eadem via ex mulierum domo in oecum progressas esse atque Eurycleam (v. supra II, p. 19; de aedd. I, p. 30, annot. 39 v. 10 sqq. a superiore margine et interpretationem tab. lithogr. ad fig. B, 8') inde efficitur, quod principalis aedium mulierum janua v. 484 demum reserata esse videtur, cf. etiam supra pag. 68, v. 29. Procorum cadavera ancillae per januam principalem in aulam extulerunt ibique in porticu prope portam aulae acclinaverunt v. 449 *ὑπ' αἰθούσῃ εὐερκέος αὐλῆς* et 23, 49 *ἐπ' αὐλείῃσι θύρῃσιν* (quamquam Eustath. hoc proximo loco alia tradere videtur), cf. IX, 472 *πῦρ ὑπ' αἰθούσῃ εὐερκέος αὐλῆς* oppositum *πυρὶ ἐν προδόμῳ* (de aedd. I,

p. 17, init.). Postquam oecum purgaverunt, ipsae supplicium subeunt 459 *Μεσσηγύς τε θόλου καὶ ἀμύμονος ἕρκεος αὐλῆς*, cf. de aedd. I, 26 et II, 15 post med.; de verbo *περίβαλλε* autem v. 466 cum genitivo *θόλοιο* conjuncto comparari quidem potest Il. V, 21 *περιβῆναι ἀδελφειοῦ κταμένοιο*, sed prorsus similis ille locus non est; melius igitur Parisini editores thesauri H. Steph. ad illud *περίβαλλε θόλοιο* explicandum attulerunt 5, 68 *περὶ σπείους* = *περὶ σπέος*. Male vero interpres latinus in ed. Homeri Parisina Didot. 1837 reddidit »funem ex columna nexum magna tholi, iis circumjecit«. Neque enim constat tholi fuisse columnas, neque res ipsa postulat, ut eas fingamus. Passovius (idque miror in ed. 5ta repetitum esse) verba *νεὸς κυανοπρῴροιο* non cum „*πεῖσμα*“, sed cum „*κίονος*“ conjunxisse videtur »*Dagegen ist es* (*κίων*) *Od. 22, 466 ein Pfeiler am Seeufer, an dem die Schiffe festgebunden werden*«. Fortasse egregium virum fefellit, quod Schneider. Epimetr. in Xenophont. Mem. 1801, p. 277 ad haec verba adscripsit : »Videtur locus ille fuisse e x t r a aulam. Nam et Melanthium postea plectens Telemachus conclavi educit *ἦγον ἀνὰ πρόθ. τε καὶ αὐλήν*«. Sed haec proxima verba jam II, p. 18 rectius, credo, expedivi, *κίονα* autem 22, 466 aula inclusam fuisse jam hac de causa adducor, quia porta aulae non ante 23, 370 aperta est (cf. 23, 137 sqq. et de aedd. I, 17 paulo ante med.). Rationem ipsam, qua funis ille annexus fuerit, explicant schol. Q. ad v. 471 (supra II, 15 post med.) et accuratius Faesius ad ipsum versum 466. — — **ad c**) Ancillae innoxiae v. 497 ex domo mulierum ad oecum virorum accesserunt non per alteram illam januam (**S'**), quae in *λαύραν* ducebat, ut Euryclea et noxiae servae (cf. supra p. 67, v. 29 sqq. et p. 69 **ad b**), sed per principalem aedium mulierum januam, quam tum demum patefactam esse supra jam ex verbis v. 484 *πάσας κ. τ. λ.* suspicati sumus. — Phemium et Medontem per principalem oeci virorum januam v. 376 *ἐκ φόνου εἰς αὐλήν* missos esse, supra p. 68, v. 25 significavimus; etiam de loco, quo steterit Phemius 333, coll. 341, supra II, p. 23 post med. (adde p. 54 extr.) disputavimus. Quam viam autem citharista inisset, si v. 334 *ἐκδὺς μεγάροιο* per *ὀρσοθύραν* ad aram Jovis in aulam confugere voluisset, infra p. 71, v. 4 ab inf. m. apparebit.

Age vero, Ulixearum partium rebus absolutis, quaeramus, quo modo proci et socius eorum Melanthius aut effugere aut Ulixi bellum parare conati sint. In ipsa prima pugna Eurymachus procos v. 75 sqq. appellat : *ἐπὶ δ' αὐτῷ πάντες ἔχωμεν Ἀθρόοι, εἴ κέ μιν οὐδοῦ ἀπώσομεν ἠδὲ θυράων, Ἔλθωμεν δ' ἀνὰ ἄστυ· βοὴ δ' ὤκιστα γένοιτο.* Quodsi primo procorum impetu repulso Agelaus v. 132 procos sic alloquitur : »*Ὦ φίλοι, οὐκ ἂν δή τις ἀν' ὀρσοθύρην ἀναβαίη Καὶ εἴποι λαοῖσι, βοὴ δ' ὤκιστα γένοιτο;*« et ipse unum e procis per *ὀρσοθύραν* i n u r b e m currere et auxilia inde arcessere jubere videtur. Certe in verbis poetae nihil inest, cur Vossii sententiam (*Morgenbl. n. 329, Aug. 1857, p. 761*) probemus »*Man müfse dabei auch nicht vergefsen, dafs die Treppen auf die oberen θαλάμους (Dachzimmer oder Böden) von aufsen ganz im Freien hinaufgegangen wären, und dafs also ein Freier, der durch die ὀρσοθύρη hinausschlüpfte, auf eine solche Treppe springen und von da oben hinab a u f d i e S t r a f s e s c h r e i e n konnte*«. Quam rationem si ad deformationem Vossianam ed. stereotypae adjectam accomodare velis, verba v. 137 »*καὶ ἀργαλέον στόμα λαύρης*« non, ut Vossius ed. stereot. in explicatione deformationis, ad literam **t** referre poteris (nam d i f f i c i l e m exitum *λαύρας* Melanthius Agelai sententiae opponere non potuit, nisi idem exitus secundum Agelai sententiam transeundus fuisset), sed literam **t**, *ὁδὸν ἐς λαύρην*, discernes a *στόματι λαύρης*, angusta illa portula ex D ad **t** et **u**. Vossius ipse igitur opinionem hanc de clamore ex scalis illis tollendo postea improbasse videtur. — Ut vero verba 132 sq., quae supra exscripsimus, recte intelligantur, et meminisse oportet procos de aulae porta per Philoetium 21, 389 clausa

celatos fuisse, et rationem percipere, qua per ὀρσοθύραν ad aulam perveniri potuerit. Illud ex ipsis rebus, quae deinceps narrantur, inprimis ex responso Melanthii v. 136 sqq., ubi de hoc impedimento omnium maximo ne uno quidem verbo mentio fit, facile cognoscitur. Rationem autem viae ab uno procorum ex Agelai sententia ineundae ne ignorares, ipse poeta cavit praemissis versibus 126—131. In quibus si quaedam nobis minus accurate descripta esse videntur, nolumus oblivisci, poetam suae aetatis hominibus cecinisse, non posteris architecturam sui temporis explicavisse. Equidem de verbis illis supra in capite de ὀρσοθύρᾳ, inprimis p. 55, v. 6 sqq. et p. 63, v. 8 sqq. fusius disputavi, quare nunc rem paucis absolvam: »Ὀρσοθύρη (i. e. magna apertura in modum fenestrae a solo edita) erat in pariete bene structo (accuratius: in μεσόδμῃ illius parietis principali januae, in qua Ulixes stabat, oppositi et quidem in eo μεσόδμης latere, quod μυχὸν oeci tangebat et alteri januae (τῇ αὐθεντικῇ) per scalas in τὴν λαύραν ducenti respondebat)«. Tum a novo colo oratio incipit: »Sed prope extremum limen bene fundatae domus erat via ad angiportum (i. e. v. supra pagina 61, v. 4 sqq. angustam viam subdialem, ipsi domus lateri adjunctam muroque inclusam), quam tabulae bene aptatae muniebant (non »tum claudebant«, v. supra p. 68, v. 30 sqq). Hanc (eandem viam) Ulixes jussit divinum subulcum prope stantem observare, una autem sola via ad eam (ὁδὸν ἐς λαύρην) accedi poterat (v. supra p. 61, v. 20 sqq.)«. Poeta igitur, postquam v. 126 dixit, a quo loco ei, qui ex oeco effugere vellet, incipiendum esset, in v. 127 sqq. addit, quo loco per exteriorem domus (προδόμου) parietem in aulam egrediendum esset. Media inter utrumque locum erat λαύρα illa, quam poeta v. 128 leviter indicavit, non accurate descripsit. Cum his optime concinunt, quae Melanthius v. 136 sqq. respondet: »Οὔ πως ἔστ', Ἀγέλαε διοτρεφές· ἄγχι γὰρ αἰνῶς Αὐλῆς καλὰ θύρετρα καὶ ἀργαλέον στόμα λαύρης· κ. τ. λ.« Tamen duae res dubitationem habere possunt 1) quae fores sint »αὐλῆς καλὰ θύρετρα«. At si memineris, Melanthium Agelai sententiae ea opponere, unde periculum immineat, amplius non dubitabis, principalem januam oeci indicari, ubi Ulixes cum sociis stabat. Quum autem ei, qui per angustam ὁδὸν ἐς λαύρην in aulam effugere vellet, periculum ab exteriore januae illius principalis parte instaret, poeta hic exteriorem hanc fraxinei liminis januam insolito nomine »αὐλῆς καλὰ θύρετρα« appellavit, ut ab interioribus lapidei liminis foribus eam discerneret (cf. de aedd. I, p. 29 ante med. et initio hujus capitis p. 65, v. 37 scholiastae verba ad α, 255 »αὔλειαι θύραι«). Etiam quod poeta 2) adjicit »καὶ ἀργαλέον στόμα λαύρης« dubium est neque certo dijudicari potest, utrum στόμα λαύρης alterum nomen sit ejusdem illius ὁδοῦ ἐς λαύρην, angustae illius januae v. 128, id quod probare videtur Hesychii glossa: »στόμα λαύρης. τὸ τῆς θύρας χάσμα«, an transitus ille ex λαύρᾳ in πρόδομον, quem in deformatione n. **7** notavimus et ab ὁδῷ ἐς λαύρην (**6**) distinximus. Sed tota res ex hoc uno nomine non pendet. Quare vocem dubiam mittamus. Jam si meam rationem ad formam a me descriptam (de aedd. I, tab. I, fig. B et in tabulae lithograph. huic comment. annexae fig. B) accomodare volo, via, quae procorum uni ex Agelai sententia emetienda fuit, haec est: In μυχῷ oeci per tigna craticii parietis ad ὀρσοθύραν ascendere oportuit, cujus locum in tab. lithogr. huic libello addita in **4''** et supra p. 62, v. 6 sqq. rectius indicavi, quam in priore commentationis parte (de aedd. I, annot. 39 et ibid. tab. I, fig. B in priore **4**). Deinde per **1'** ad scalas prope **4'** (de aedd. I l. l. **4** posterius), tum per alterum et primum **q'** ad **7**, **6** prope principalem oeci januam (**2**) in aulam egrediendum fuit. Plane eadem via autem progrediendum fuit Phemio, si v. 333, ne in occurrentis Ulixi manus incideret, per ὀρσοθύραν ad aulae aram effugere voluisset. — Sed ad procorum consilia redeamus. Melanthius, quum via ab Agelao proposita effugi non posse demonstrasset, pollicitus est, se procis ex thalamo arma allaturum esse, ut cum Ulixe proelio dimicarent. Qua

via thalamum petiverit, enarratur v. 142 sqq. »Ὣς εἰπὼν ἀνέβαινε Μελάνθιος αἰπόλος αἰγῶν Ἐς θαλάμους Ὀδυσῆος ἀνὰ ῥῶγας μεγάροιο, Ἔνθεν δώδεκα μὲν σάκε' ἔξελε κ. τ. λ. Quae verba ut recte intelligantur, duae res tenendae sunt 1) Melanthius, auctoribus veteribus interpretibus, Eustath. 1921, 46 (supra p. 55, 28 sqq.) et Apoll. Soph. p. 122, v. 15 ed. Bek. (supra p. 61, v. 6) »ὁ Μελάνθιος διὰ τῆς ὀρσοθύρης ἀνέβη«, per eandem ὀρσοθύραν ascendit, per quam Agelaus unum procorum ascendere voluerat 2) ex voce ἔνθεν v. 144, sive »inde«, sive »unde« vertis, sequitur, ut vox θαλάμων, si non ipsum thalamum armorum, at eam domus partem significet, in qua praeter alios thalamos etiam thalamus armorum erat. Atqui armorum thalamus (v. supra p. 67, v. 12 sqq.) in superiore contignatione fuisse non videtur, quare noles interpretari »in θαλάμους ascendit«, sed »thalamos petiturus« *(nach den Thalami)* ascendit. Quem in locum ascenderit, ex 1) efficies. Nam si Melanthius ἀνὰ ῥῶγας ἀναβαίνων ascendit διὰ τῆς ὀρσοθύρης, — ἀνὰ ῥῶγας significare quidem posset »in fenestram« i. e. in ipsam ὀρσοθύραν, at pluralis numerus a plurimis atque optimis auctoribus traditur et ab antiquis interpretibus inter ῥῶγας et ὀρσοθύραν discernitur (supra p. 48, v. 9; 49, v. 12). Item qui διὰ τῆς ὀρσοθύρας ἀνέβη, ascendere non potuit in fenestras, neque secundum fenestras adscendere (v. l. l.). Postremo qui θαλάμους petivit, idem simul fenestras petere (»*nach den Kammern und nach den Fenstern hinaufsteigen*«) recte non dicetur, si ad armorum thalamum plano pede accedebant (supra p. 67, v. 12 sqq.) [16]). Quare supra p. 48 sqq., ubi fusius de ῥωξὶν disputavimus, adducti sumus verti oportere »*er stieg nach den Thalami in die* ῥῶγες *hinauf*«, thalamos petiturus ῥῶγας ascendit. Ῥῶγας autem suspicati sumus fuisse ipsum ὑπερῷον i. e. superiorem contignationem illam multis nominibus, ut μεσοδμῶν etc. etc., appellatam. Hanc interpretationem si probaveris, Melanthium intelliges ab eodem loco viam incepisse, quo et uni procorum ex Agelai sententia et Phemio via incipienda fuisset. Per μεσόδμας igitur Melanthius quoque ad scalas λαύρας progresus est, sed postquam per scalas descendit, jam interiorem λαύρας partem et per tertium **q'** ipsum armorum thalamum (**t**) petivit, contra illis per alterum et primum **q'** ad **7**, **6** pergendum fuit. Jam vero capitis hujus finem facere liceret, nisi paucis explicandum esset, cur Vossianam interpretationem ejusdem rei ed. stereotypae adjunctam probare non possim. Quamquam enim priorem illam de clamore ex scalis tollendo sententiam (supra p. 70, v. 3. 4. ab inf. m.) postea ab ipso Vossio depositam esse ex locis in ed. stereot. ad literam **t** allatis collegimus, quaeritur tamen an ipsius stereotypae editionis deformatio atque interpretatio aedium Ulixearum bene cum poetae verbis concinat. Id ipsum vero nego 1) in Ulixeorum sociorum via ad armorum thalamum inita, quia Vossius armorum thalamum in superiore aedium contignatione collocat (v. ad lit. **u** „*Treppe zu Odysseus Kammern über dem Vorplatz des Männersaals*"); veteres interpretes autem et ipsius poetae descriptio demonstrare videntur (v. supra), thalamum in superiore contignatione non fuisse 2) in via uni ex procis Agelao auctore suscipienda, quod ei, qui per **s**, **t**, **n** ad aulam effugere vellet, recte Melanthius respondere non posset „ἄγχι γὰρ αἰνῶς Αὐλῆς καλὰ θύρετρα. Quo propiora enim illi, qui ex **t** egressus erat, αὐλῆς θύρετρα fuerunt, eo faciliora fuerunt ad effugiendum, id quod recte intellexit doctissimus Doederleinius Glossar vol. II, p. 341 extr.

[16]) Ne quis opinetur »ἀνέβαινε ἀνὰ ῥῶγας« non esse »ascendit in ῥῶγας«, sed »ascendit in locum aliquem per ῥῶγας enitens«, sive ῥῶγες »scalae a Melanthio acclinatae« fuerint, sive tigna craticii parietis, in quo ὀρσοθ. aperta erat, — sic occurro. Alterutrum si ῥῶγες significarent, locus, in quem Melanthius ascendisset, omnino commemoratus non esset, quod mihi quidem displiceret. Ad hoc οἱ σχηματίζοντες τὰς ῥῶγας τοῦ οἴκου Eust. 1921, 54 (supra pag. 48, v. 9) i. e. homines, qui omni opera in hac quaestione enitebantur, neque scalas tum a Melanthio acclinatas, neque tigilla quaedam adumbrasse videntur.

3) in via Melanthii ad armorum thalamum praeter illud, quod supra de thalamo armorum in superiore contignatione non collocando dixi, inprimis repugnat Vossiana ὀρσοθύρας definitio, in cujus loco et ratione explicandis multo aberrat ab iis, quae tradita sunt, v. supra caput de craterae loco II, 22 sqq. et caput de ὀρσοθύρᾳ, inprimis p. 60 post med. et sqq. Idemque 4) cadit in viam unius e procis et Phemii, quorum utrique ὀρσοθύρα transeunda fuit.

Sunt quidem non omnia, quae deinceps tractabimus, ad solam mulierum domum referenda, sed quum in nullo hujus capitis loco domus mulierum plane negligi possit, hic statim pauca de universis mulierum aedibus et ὑπερῴοις earum praeponam. — — Vulgo dicunt Homerica aetate mulieres nunquam non in superiore contignatione habitasse v. Beck. Charicl. I, p. 169 extr. *(Dafs das griechische Haus in der klassischen Zeit des Alterthums ein anderes geworden) »das ergiebt sich schon hinreichend daraus, dafs bei Homer die Wohnung der Frauen durchaus sich im obern Stockwerke, ὑπερῷον, befindet, während später diefs nur ausnahmsweise Statt findet, oder doch ganz bestimmt nicht (wie man irrig meint) Regel ist«.* Quae sententia viri doctissimi vix melius firmari posse videtur, quam his scholiorum Homericorum verbis. Sch. A ad *Z*, 248 *τέγεοι ὡς τέλεοι· ἡ διπλῆ, ὅτι ὑπερῷοι ἦσαν, διὸ τέγεοι, ἵνα μὴ διοδεύωνται. ἐπιμελῶς δὲ Ὅμηρος καὶ διὰ τῆς Ἰλιάδος καὶ διὰ τῆς Ὀδυσσείας τοὺς γυναικείους θαλάμους ὑπερῴους συνίστησιν.* cf. B. L. ad eundem versum et schol. ad *B*, 514; ad *Π*, 184 sch. A : *ἡ διπλῆ, ὅτι οἱ τῶν θηλειῶν θάλαμοι ὑπερῷοι, ἵνα μὴ εὐδίοπτοι ὦσιν* coll. schol. Vict. et Eustath. ad eundem versum. Quorum auctorum gravitati tantum tribuo, ut, quae de aedd. I, 23, ann. 29 ad vocem *τέγεοι* adscripsi, nunc malim ad illorum sententiam accommodata. Tamen valde cavendum est, ne verbis illis abutamur ad Beckeri verba justo magis probanda atque amplificanda. Nam si Beckerus l. l. p. 179, ut posteriorum temporum mores Homericis opponat, pergit : *Ja es scheinen auch die tragischen Dichter von der Sitte des heroischen Zeitalters absehend zuweilen das Wohnhaus ihrer Zeit vor Augen gehabt zu haben, wie Sophocl. Oed. tyr. v. 1241 ff. Denn wenn man die ganze Erzählung bis v. 1262 liest, so wird man die λέχη νυμφικά, die doch wohl nicht in der Andronitis zu suchen sind, nur im Erdgeschofse annehmen können, und dort also auch die Gemächer der Iokaste.«* — describit mores ab Homeri aetate minime alienos. Id, quod contendo, quamquam vir optimus, C. F. Hermannus, Beckeri sententiam de cubiculo nuptiali heroicis temporibus in ὑπερῴοις exstructo his verbis confirmat : *(Privatalterth. § 19). »Die Paläste der homerischen Helden — — enthalten von Wohngebäuden wenig mehr als die durch einen bedeckten Gang verbundenen Schlafgemächer der einzelnen Hausgenofsen und in deren Mitte die grofse Speisehalle, über welcher sich dann das Frauenhaus mit dem ehelichen Schlafzimmer erhebt [6]); und wenn auch die späteren Wohnungen das Frauengemach nur ausnahmsweise in den Oberstock verlegten [7]), so blieb doch im Uebrigen der obige Typus ziemlich unverändert«.* In annotationibus ad [6]) Eustathii verba ad *α*, 328 affert: *Ὑπερῷον τὸ ὑπερκείμενον οἴκημα . . . διὸ καὶ κλίμακος δεῖται ὑψηλῆς ἐνταῦθα ἡ τοῦ ὑπερῴου ἄνοδος καὶ κάθοδος* et comparat Od. 2, 357; 4, 760. Ad [7]) sic scripsit : *Am deutlichsten Lysias de caed. Erat. § 9 »οἰκίδιόν ἐστί μοι διπλοῦν, ἴσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω, κατὰ τὴν γυναικωνῖτιν καὶ κατὰ τὴν ἀνδρωνῖτιν, was jedoch ebendeshalb nicht allgemeine Einrichtung gewesen seyn kann; vgl. Becker Charikl. I, S. 177«.* Sed in hac sententia Beckeri et Hermanni 1) mihi displicet, quod Lysiae domus praeter consuetudinem posterioris aetatis gynaeconitim in ὑπερῴῳ habuisse dicitur, quam vulgo interiorem partem aedium, plano pede accedendam, fuisse constat, Vitruv. VI, 7 (10), § 1—3 et Nepot. praef. § 7 »in interiore parte aedium, quae gynaeconitis appellatur«. Neque enim, si quid video, Lysiae verba exceptioni locum dant, sed

De mulierum domo.

De cubiculo nuptiali.

consuetudinem posteriorum temporum confirmant. Nam ut concedam oratorem ita loqui potuisse, si dicere voluisset »*ἴσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω, τὴν γυναικωνῖτιν τῇ ἀνδρωνίτιδι*, nonne multo planior est haec verborum interpretatio : Duplex i. e. *διώροφος* domus mihi est, quae omnes superioris contignationis partes aequales habet inferiori domui easque non modo in gynaeconitide (ibi enim vulgo superior contignatio exstructa erat), sed etiam in andronitide (cui vulgo superior contignatio imposita non erat). [17]) Euphiletus explicare voluit, quomodo fieri potuisset, ut praeter consuetudinem in superiore contignatione, ubi vulgo andronitis non esset, habitaret. Cavit enim, ne uxor infantem lavandum sinu fovens eademque per scalas descendens in periculum adduceretur. Quae sequitur rerum series ad hanc interpretationem bene conveniunt. *Δωμάτιον* i. e. cubiculum in inferioris domus parte interiore situm commemoratur p. 94, § 24 et § 27 (»in interiore parte«, quum Euphiletus abeunte moecho *τὴν μέταυλον θύραν καὶ τὴν αὔλειον* crepantem audierit p. 93, § 17), *δωμάτιον* superioris contignationis p. 93, § 17 (»superioris contignationis«, nam Euphiletus eo consilio de consuetudine uxoris per scalas descendendi (*κάτω καθευδήσουσα* p. 92, § 10) judices docuit, ut intelligerent, cur tunc mulier descendens suspicionem sibi non movisset). Tum, quod vulgo in andronitide inferioris domus fieri fas erat, Euphiletus, mutato superioris et inferioris domus ordine, hospitem in *ὑπερῴῳ* excepit, p. 93, § 22 extr. »*ἀναβάντες εἰς τὸ ὑπερῷον ἐδειπνοῦμεν*. *Γυναικωνῖτις* igitur apud Lysiam ut aliis in locis non significat locum aedium, in quo nemo nisi mulieres versetur, sed interiorem aedium partem, penetralia domus *(das Familienhaus)*, in cujus inferiore parte thalamus nuptialis erat, sed in superiore parte, antequam ordo mutaretur, infans, immo interdum ipsa mater *θηλάζουσα* § 9 cum ancillis cubuerat. (cf. *πύργον οὗπερ διαιτῶνται αἱ θεράπαιναι*, Dem. in Euerg. et Mnesib. p. 1156, § 56.) Quam rem paulo copiosius explicavimus, ne temeritatis accusaremur, quippe qui viris in his rebus summa auctoritate dignis adversati essemus. — Jam vero 2) Homericum cubiculum nuptiale num re vera in superiore contignatione, vel ut Hermanni accuratiore definitione utar, super oecum virorum (*»über der groſsen Speisehalle«*) exstructum erat? Eustathii interpretatio *τὸ ὑπερκείμενον οἴκημα. ᾦα γὰρ κατὰ γλῶσσαν τὰ οἰκήματα κ. τ. λ.* nihil demonstrat. Nam etiamsi praepositionem *ὑπὲρ* non ob pessimam etymologiam (*ᾦα* [sic] ipsa sunt Laconice *τὰ μετέωρα τῶν οἰκημάτων* sch. Venet. ad *Π*, 184) scripsisset, addere oblitus est, super quam aedium partem *τὸ ὑπερῷον* aedificatum esset. At ipsius Homeri verba, quibus Herm. usus est, reliqua sunt. 1, 328 Penelope *ὑπερωιόθεν*, unde cantum citharistae audiverat, *κλίμακα ὑψηλὴν κατεβήσετο οἷο δόμοιο* et quum ad procos venisset, *στῆ παρὰ σταθμὸν τέγεος*. Easdem scalas *εἰς ὑπερῷ' ἀνέβαινε* Minervam imploratura (4, 760); 2, 358 aperte *ὁππότε κεν δὴ Μήτηρ εἰς ὑπερῷ' ἀναβῇ κοῖτον τε μέδηται* coll. 19, 594 sqq. Ibi igitur cubabat Penelope. At neque hoc Penelopes cubiculum fuit nuptiale cubiculum, neque Penelopes cubiculum super oecum virorum exstructum fuit. Nam, ut hoc proximum priore loco exploremus, si cubiculum oeco virorum superstructum fuisset, putare oporteret,

---

[17]) Si mihi quis opponat : At dicendum fuit »*καὶ κατὰ τὴν γυναικωνῖτιν καὶ κατὰ τὴν ἀνδρ.*« Bene, inquam; tu igitur Platonis verba Phaedr. 235, a »*καὶ δὴ οὖν μοι ἔδοξεν — — δὶς καὶ τρὶς τὰ αὐτὰ εἰρηκέναι*« vertes: »quinquies idem mihi dicere visus est«. Quod si non esset, scribendum fuisset *καὶ δὶς καὶ τρὶς* ut Phil. 59, e : »*τὸ καὶ δὶς καὶ τρὶς τό γε καλῶς ἔχον ἐπαναπολεῖν τῷ λόγῳ δεῖν*«. Si vero argutiarum me accusas et illo loco vertendum esse dicis »*zweimal und auch dreimal*« equidem Lysiae verba verto : »*in der Frauenwohnung und auch in der Männerwohnung*«. Praeterea mea quidem sententia Euphiletus in explicanda insolita domus suae ratione insolita vocis »*γυναικωνῖτις*« vi uti non debuit idque fecisset, si judices gynaeconitim superiorem contignationem putare voluisset, quum vulgo esset interior aedium pars.

scalas ex mulierum domo ad virorum superiorem contignationem duxisse, id quod Hermannus ipse negare videtur (*Zusätze zu Beck. Charikles, 2. Ausg. p. 75 »Von einer eigenen Treppe, die aus der Frauenwohnung in den Oberstock führt, ist mir keine Spur bekannt«.*) [18]). Neque id per se verisimile est; veri autem multo dissimilius, mulieres ex andronitide ad cubicula ascendisse, praesertim quum demonstrari possit, Penelopen ex mulierum domo ad *ὑπερῷον* suum ascendisse. Vide enim locum laudatum libri primi, num aliter possis intelligere. Penelope, postquam descendit, stabat prope *σταθμὸν τέγεος* i. e. in *παραστάδι*, in transitu, per quem ex mulierum oeco ad virorum oecum perveniebant. Tum Telemachus eam 356 alloquitur: *Ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σ' αὐτῆς ἔργα κόμιζε Ἱστόν τ' ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε Ἔργον ἐποίχεσθαι.* V. 360 Penelope *οἶκόνδε βεβήκει*, v. 362 *ἐς ὑπερῷ' ἀναβᾶσα — — κλαῖεν κ. τ. λ.* Primum igitur in oecum mulierum sive mavis in domum mulierum (ibi enim matronae ancillis opus imperabant, cf. VI, 320. 323. 324 coll. 354 *εἴςελθε* et de aedd. I, p. 27 ad l. l.) ivit, deinde in *ὑπερῷον* ascendit. — 4, 751 Penelope in *ὑπερῷον* ascendit; antea, cf. 680. 682. 715. 718 (coll. supra II, p. 8, v. 6) in inferiore domus mulierum parte, in oeco mulierum versata erat. — 21, 5 regina *Κλίμακα (δ') ὑψηλὴν προςεβήσετο οἷο δόμοιο* et scholl. P. Vulg. addunt *τὴν ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος (εἰς τὴν ἀποθήκην, ἵνα τὴν κλεῖν λάβῃ)*, quod mutabis in »*ἵνα τὴν εἰς τὴν ἀποθήκην κλεῖν λάβῃ*« (Parisin. 1530, Hervag. etiam corruptius *τὴν αὐταῖς γυναικωνίτιδος κ. τ. λ.*). Omnium autem planissime rem describunt versus libri 23[tii], 85 sqq. Ibi enim Penelope, postquam descendit ex *ὑπερῴῳ*, v. 88 transiit limen lapideum (domus mulierum, cf. de aedd. I, p. 29, v. 3) et consedit *ἐν πυρὸς αὐγῇ*, colloquium factura cum Ulixe, qui *πρὸς κίονα μακρὴν ἧστο* (cf. de aedd. II, p. 27, init.). — Mulierum igitur domui superstructum erat *ὑπερῷον* Penelopes. — At ne cubabat quidem Penelope absente marito in cubiculo nuptiali. Hoc l. 23, 190 sqq. accurate describitur et v. 192. 193 »*Τῷ δ' ἐγὼ ἀμφιβαλὼν θάλαμον δέμον, ὄφρ' ἐτέλεσσα, Πυκνῇσιν λιθάδεσσι, καὶ εὖ καθύπερθεν ἔρεψα*« declarant, oleae circumdatum, non superstructum esse cubiculum. Quare Vossius ad illum locum ed. princ. repet. p. 462, 11 extr. »*In diesem Ehebette hatte Penelopeia, so lange Odysseus abwesend war, nicht geschlafen, sondern oben in ihrer Kammer*«. Denique ipse Ulixes in colloquio, quod cum uxore in cubiculo nuptiali fecit, sic: (23, 364) »*Εἰς ὑπερῷ' ἀναβᾶσα σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξὶν Ἧσθαι, μηδέ τινα προτιόσσεο μηδ' ἐρέεινε*«. Itaque eadem scholia, quae supra »omnes mulieres in *ὑπερῴοις* versari aut certe cubare« tradere videbantur, ad *Γ*, 125 recte discernunt *ἐν μεγάρῳ: ἐν θαλάμῳ· οὗτος γὰρ ἐνδιαίτημα γαμηθεισῶν, χηρῶν δὲ καὶ παρθένων ὑπερῷον* A. B. L. — Addere tamen licet, etiam famulas *θαλαμηπόλους* prope thalamum excubuisse, cf. 23, 229 et Eust. p. 1943, 56 vel suum cubiculum habuisse 23, 293—295; immo vel Eurycleam ibid. v. 292 *οἶκόνδε* in cubiculum suum plano pede accedere videri. *Οἴκου* enim voce, id, quod de aedd. I, p. 5 annot. v. 8. 9 ab infer. marg. statuimus, unum aedium cubiculum significari potuit cf. Chariton. de Chaerea et Callir. IV, 3 »*καὶ αὐτὸς μὲν ἀνεπαύετο, καθάπερ ἦν ἔθος αὐτῷ, τοῖς δὲ Συρακουσίοις νεα-*

---

[18]) Hic cavendum est, ne quis dicat, me Hermanni verbis et hic et supra (*Privatalterth.* § *19*) abusum esse. Hic enim negare Hermannum scalas ex inferiore parte domus mulierum ad *ὑπερῷον* ejusdem domus duxisse, illic non gynaeconitim oeco virorum superstructam, sed aedes mulierum oecum virorum altitudine superantes designari. Cui sententiae sic occurro. De scalis, quas dicis, ipse Homerus contrarium docet, v. quae afferam de Penelope per scalas ad *ὑπερῷον* ascendente. Aedes mulierum oecum virorum altitudine superasse non nego; Hermannus autem id docuisse mihi non videbatur et ob pronominis formam, qua usus est »*über welcher*« et quia familiae cubicula oeco virorum circumjecta fuisse dixerat, de aedibus mulierum **post** oecum virorum exstructis mentionem non fecerat.

νίσκοις θεραπείαν τε καὶ οἶκον ἐξαίρετον ἀπέδειξε« et supra p. 65, v. 27 in Galeni loco verba εἰς τὸν οἶκον, ἐν ᾧ τὰ κεράμια κατετίθετο, praeterea similem usum vocis οἴκημα, Herod. I, 9 med. »τὸ οἴκημα ἐν τῷ κοιμώμεθα« coll. 12 »ἐς τὸν θάλαμον«, et Plat. Protag. 315, D »ἐν οἰκήματί τινι κ. τ. λ.« et aliis in ll., vid. Ast. lexic. Plat. in v.; postremo de voce οἰκίσκου Dorv. ad Charit. p. 426 ad V, 9; p. 88. v. 9. — — Scholiorum igitur supra laudatorum praecepta ita sequor, ut apud Homerum mulierum aedes dicam nunquam non posse fingi cum ὑπερῴοις conjunctas fuisse, quo se reciperent feminae et magnam partem cubarent. De cubiculo nuptiali dubitatio relinquitur. Nam etiamsi Ulixeum cubiculum in inferiore aedium parte exstructum fuisse demonstravimus, quaeritur, an hoc cubiculum aeque fuerit loco insigne atque lectus genialis ejus sponda fuit insignis. At aliorum quoque heroum cubicula, ut Nestoris 3, 402, Menelai 4, 304, Alcinoi 7, 346, Achillis IX, 663, coll. XXIV, 675, quippe qui dicantur μυχῷ δόμου vel κλισίης cubuisse, in inferiore parte interiorum aedium fuisse videntur, nam scalae, quas ascendissent, nullo loco commemorantur. Vulcani thalamum 8, 277 sub μελάθρῳ proxime μυχὸν et focum oeci virorum situm fuisse jam supra pag. 41 init. collegimus, ita ut de ὑπερῴῳ cubiculo cogitari nequeat. Accedit, quod eis, qui v. 304 et 325 ἐν προθύροισι i. e., nisi fallor, in principali oeci virorum janua, stetisse dicantur, thalamum in conspectu fuisse necesse est. Sed ut hac re certo effici videtur cubiculum nuptiale in ὑπερῴῳ non fuisse, ita nova jam oritur dubitatio. Is thalamus, qui sub μελάθρῳ oeci virorum in conspectu januae principalis positus erat, pars interiorum aedium, τῆς γυναικωνίτιδος, esse non potuit. Tamen a vero non aberrare putamus eum, qui Ulixi thalamum in interioribus aedibus collocet, cf. 23, 291—300 et ἕρκεος ἐντός 23, 190 (coll. supra p. 65, v. 33. 34). Idemque conjici posse de thalamis μυχῷ δόμου positis nemo negabit. Sed neque haec verba μυχὸν oeci virorum plane excludunt neque omnia cubicula nuptialia sive Homerica sive posteriore aetate eodem loco cogitentur necesse est. Supra (p. 74) vidimus Euphileti δωμάτιον janua μεταύλῳ ab andronitide fuisse seclusum; e contrario Galenus loco supra p. 65 exscripto κοιτῶνα describit ex utraque ἐξέδρας parte collocatum; ἐξέδραν illam autem μυχῷ oeci Homerici, prope quem Vulcani thalamum posuimus, fuisse simillimum nemo non videt. Etiam Vitruvianorum cubiculorum, thalami et amphithalami, locus a Galeni adumbratione non plane abhorret, siquidem eorum sententiam amplecteris, qui dicunt gynaeconitim Vitruvii (VI, 7 [vulgo 10], § 1—3) simplicissimam Graecarum aedium imaginem exprimere, quae oeco virorum plane caruerit (*K. Fr. Hermann Zusätze zu Beck. Charikl. 2. Ausg.* p. 91 extr. et 92 prim.). Nam si inter peristylium Vitruvianae gynaeconitidis et ipsam domum ex antiquo Graecorum more oecum virorum interponere velis, prostas[19]) sive parastas, a cujus utraque parte architectus thalamum et amphithalamum collocavit, respondebit Galeni ἐξέδρᾳ[20]), Homerico

---

[19]) i. e. πρόστῳον v. Hes. προστάς· πρόστωον et πρόδομος· προστάς, πρόστωον. coll. προδόμῳ· προστάδι, προστόῳ. Etiam πρόστασις, quae vox in inscriptione aedis Minervae Poliadis, Boeckh. C. I., vol. I, p. 263, col. 1, v. 77 »ἐν τῇ προστάσει τῇ πρὸς τοῦ θυρώματος et aliis locis invenitur, idem, quod προστάς, significat, v. Harpocr. ed. Bek. in v. προστασία p. 160, v. 9 »Δίδυμος τὴν προστασίαν φησὶ κεῖσθαι ἀντὶ τοῦ προστάσεως, τουτέστι τῆς ὑπ' ἐνίων προστάδος καλουμένης.

[20]) Ἐξέδραν autem apte cum προστάδι sive προστῴῳ et, quatenus aditum ad domum quandam significat, cum παραστάδι comparari colligitur ex verbis scholii Porphyriani (Bekk. Scholl. in Iliad. *I*, 90, p. 244ᵇ, 27): ἔχει γὰρ τὸ κλίσιον ἀναλογίαν τινὰ πρὸς τὰ τοιαῦτα, πρὸς τὰς παστάδας, πρόδομος, ἐξέδρα· προῳκοδόμητο γὰρ οἰκήσεώς τινος ἡ παστὰς καὶ ἡ προπαραστὰς καὶ ὁ πρόδομος καθάπερ καὶ τοὔνομα δηλοῖ· »ἄλλο δ' ἐνὶ προδόμῳ πρόσθεν θαλάμοιο θυράων« Il. IX, 473 (ubi Bekkeri paraphrastes ἕτερον δὲ ἐν τῷ προστῴῳ ἔμπροσθεν τῶν τοῦ θαλάμου θυρῶν).

μυχῷ oeci, per quem transitus ad mulierum domum fiebat. Quin etiam apud Homerum leve quoddam vestigium thalami et amphithalami ab utraque *μυχοῦ* parte exstructi deprehendere tibi videberis in Achillis tabernaculo IX, 663 sqq. Achilles enim cubat *μυχῷ κλισίης εὐπήκτου. Πάτροκλος* (v. 666) *δ' ἑτέρωθεν ἐλέξατο κ. τ. λ.*, quum hospitibus ab eodem Achille lectus sternatur *ἐν προδόμῳ δόμου* XXIV, 673. Etiam in hymno in Cererem possunt thalami Metanirae matris et filiarum simili modo prope focum et *μυχὸν* oeci cogitari sibi oppositi. Ceres Demophoontem infantem v. 239 »*Νύκτας* (*δὲ*) *κρύπτεσκε πυρὸς μένει, ἠΰτε δαλόν* (cf. Od. 5, 488). Id factum esse in *ἐσχάρᾳ* putamus coll. v. 287 et Ovid. (Fast. IV), qui v. 553 sqq. de eadem re ita : „Inque foco pueri corpus vivente favilla Obruit, humanum purget ut ignis onus. Excutitur somno stulte pia mater, et amens, Quid facis? exclamat etc." Oeci virorum focum, non domus mulierum intelligimus iisdem de causis atque supra II, p. 26 post med. Quum autem hymni scriptor dicat Metaniram (v. 244 *θυώδεος ἐκ θαλάμοιο*) Cereris inceptum observasse, thalamus matris prope focum fuerit necesse est. Eumque thalamum fuisse cubiculum nuptiale certo quidem demonstrari non potest, sed veri dissimile non est. Nam quae Vossius ad v. 293 sqq. »*ἦμα δ' Ἠοῖ φαινομένηφι Εὐρυβίῃ Κελεῷ νημερτέα μυθήσαντο, Ὡς ἐπέτελλε θεά*« annotat : »*Schlief Keleos allein, gegen den Gebrauch der Zeit? Oder hatte der alte Herr einen so gesegneten Schlaf, daſs ihn all der Lerm nicht ermunterte? Nein, der Sitte gemäſs hütete er sein Ehebett im ruhigsten Hauswinkel; aber die Königin, um dem Kindlein nahe zu sein, hatte sich neben dem Zimmer der Wärterin eine Schlafkammer gewählt*«, ea non omni ex parte probo. Concedo quidem mirum esse, quod Celeus pater non statim expergefactus est, lamentante uxore v. 245, sed eum nihil omnium sensisse ex v. 294 certo non efficitur. Deam imperia edentem non audierat, abeuntem non viderat. Puerum vagientem autem mulierum curae reliquit, quae vicissim Celeo, somno ejus parcentes, miracula non statim nuntiaverunt. Quare deae mandata mane demum ceterae (filiae enim, dum Ceres verba facit, accurrerant, cf. v. 294 *μυθήσαντο*) cum eo communicaverunt. Neque si consuetus lecti genialis usus tum omittendus erat, necessario inde sequitur, ut Celeus nuptiale cubiculum, Metanira aliud cubiculum occupaverit, quum et contrarium, ut in Euphileti exemplo (v. supra), fieri potuerit et thalami locus certe non omnibus in aedibus in mulierum domus ultimis partibus fuisse videatur (v. supra de Vulcani cubiculo)[21].

τοιοῦτο δέ τοι καὶ ἐξέδρα τῆς οἰκίας, ἔξω πᾶσα οὖσα, πρὸς αὐτῇ τῇ εἰςόδῳ κατεσκευασμένη· οἷς δὴ παραπλησίως καὶ τὸ κλίσιον ἔξω τοῦ οἴκου. Praeclarissimum exemplum talis *προστῴου* ante ipsius domus fores post peristylium exstructi exhibet Platon. Protag. p. 315, C »*Ἱππίαν τὸν Ἠλεῖον, καθήμενον ἐν τῷ καταντικρὺ προστῴῳ ἐν θρόνῳ· περὶ αὐτὸν δ' ἐκάθηντο ἐπὶ βάθρων Ἐρυξίμαχος κ. τ. λ.*«, coll. 317, D »*συνέδριον κατασκευάσωμεν*« et »*ἐκεῖ γὰρ προϋπῆρχε τὰ βάθρα*«. — Generalem vocis »*ἐξέδρα*« vim declarat Pollux I, 79 »*εἶτα ἐξέδρα, ἵνα συγκάθηνται*«. Galenus, posterioris, opinor, aetatis usum secutus, similem oeci ipsius partem hoc nomine appellat. Vitruvius aliam in partem a propria *ἐξέδρας* forma, qualem Porphyrius, Plato ll. ll. describunt, aberrans, porticus palaestrarum locos quosdam, quamvis a foribus remotos, in quos sessum ibant, exedras nominat (l. V, c. 11, § 2, coll. VII, 9, 2). Item, ut videtur, Cic. de nat. deor. I, 6 et fortasse de orat. III, 5, 17. — Ultimo loco afferam schol. Vulg. ad *ω*, 208 »*κλίσιον: ἅπαξ εἴρηται. σημαίνει δὲ ἐξέδραν τινὰ σιγματοειδῆ*, (cf. *ἡμικύκλια* apud Beck. Charicl. I, 330 sq.) *ἐν ᾗ ἔκειντο οἱ κλισμοί. ἢ κρηπίδωμα, ἐφ' οὗ ἐκαθέζοντο ἢ ἐκοιμῶντο*, quae proxima verba mirum, quantum admoneant Homericorum verborum Il. XX, 11, ubi de deorum *συνεδρίῳ* ita : *Ἐλθόντες δ' ἐς δῶμα Διὸς νεφεληγερετάο Ξεστῇς αἰθούσῃσιν ἐφίζανον*. Pluralis *αἴθουσαι στοὰς* ex utraque illius *ἐξέδρας* parte aedificatas indicare videtur, »*πρόπους προστῴους ὑφ' ἡλίου καταλαμπομένους*« (schol. B. ad. l. l. Iliadis) vel »*στυλωτὰς καθέδρας περίστυλα ἐχούσας*« (Et. M. p. 32, 46 in v. *αἴθουσαι*). Dei vero in ipsa *κρηπῖδι ἐφίζανον*, v. Eustath. ad l. l. »*ἐν αὐταῖς (ταῖς στυλωταῖς ἕδραις, οὐ θρόνοις) περὶ τὸ ἔδαφος καθεζόμενοι*«.

[21]) Ne quis opponat meae de Celei thalamo sententiae versum 143 hymn. in Cerer. »*Καί κε λέχος στορέσαιμι μυχῷ θαλάμων εὐπήκτων Δεσπόσυνον κ. τ. λ.*«, adnoto, ibi domestica negotia in universum describi, non unum Celei lectum indicari, cf. pluralem *θαλάμων*. Ad hoc Ceres nosse non poterat, quo in loco aedium Celei thalamus esset.

Quare ea, quam supra proposui, sententia a vero non plane abhorret idque eo minus, quo certius Pelei thalamus apud Apollon. Rhod. Argon. IV, 873 sqq., ubi Thetim in simili opere observavit, prope focum ponitur : *Αὐτὰρ ὅγ'* (Peleus) *ἐξ εὐνῆς ἀναπάλμενος εἰςενόησεν Παῖδα φίλον σπαίροντα διὰ φλογός, ἧκε δ' αὐτὴν Σμερδαλέην ἐςιδών κ. τ. λ.* — Sed etiam filiarum Celei thalamus a foco oeci longe abfuisse non potest, quum eas pueri lamenta e somno excitaverint (v. 284 sqq. »*Τοῦ δὲ κασίγνηται φωνὴν ἐςάκουσαν ἐλεινήν, Κὰδ δ' ἄρ' ἀπ' εὐστρώτων λεχέων θόρον. ἡ μὲν ἔπειτα, Παῖδ' ἀνὰ χερσὶν ἑλοῦσα, ἑῷ ἐγκάτθετο κόλπῳ· Ἡ δ' ἄρα πῦρ ἀνέκαι'· ἡ δ' ἔσσυτο πόσσ' ἁπαλοῖσι, Μητέρ' ἀναστήσουσα θυώδεος ἐκ θαλάμοιο*). — Duo reliqui sunt loci poetarum heroici temporis mores describentium, in quorum altero cubiculum nuptiale haud longius ab *ἐσχάρᾳ* abfuisse, in altero certe proxime oecum fuisse demonstrari licet. Prior locus est Theocriti Idyll. 24 et enarrat Herculis infantis primum facinus, caedem serpentium a Junone immissarum. Juno enim serpentes duas excitavit, ut in cubiculum (*ἀμφιλαφῆ παστάδα*[22]) v. 46) Amphitryonis irreperent, ubi Amphitryo et Alcmene in lecto geniali, Hercules et Iphiclus in Amphitryonis scuto cubabant (v. 15 : *Ὦρσεν* (*δράκοντας*) *ἐπὶ πλατὺν οὐδόν, ὅθι σταθμὰ κοῖλα θυράων Οἴκω, ἀπειλήσασα φαγεῖν βρέφος Ἡρακλῆα.* (Apud Pindarum, qui Nem. I eandem fabulam tradit, serpentes v. 61 sq. *οἰχθεισᾶν πυλᾶν ἐς θαλάμου μυχὸν εὐρὺν ἔβαν*). Alcmene, quum Iphiclum vagientem audisset, maritum exsuscitat, qui gladio sumto de lecto prosiluit et v. 47 »*Δμῶας δὴ τότ' ἄυσεν ὕπνον βαρὺν ἐκφυσῶντας· Οἴσετε πῦρ ὅ τι θᾶσσον ἀπ' ἐσχαρεῶνος ἑλόντες, Δμῶες ἐμοί, στιβαροὺς δὲ θυρᾶν ἀνακόψατ' ὀχῆας. Ἄνστατε, δμῶες ταλασίφρονες. αὐτὸς ἀυτεῖ. Οἱ δ' αἶψα προγένοντο λύχνοις ἅμα δαιομένοισι Δμῶες· ἐνεπλήσθη δὲ δόμος, σπεύδοντος ἑκάστω.*« Servos prope cubiculum apud focum excubuisse ex re narrata et ex iis, quae ab aliis scriptoribus traduntur, verisimile fit. Pollux X, § 46 »*καὶ μὴν τοῖς μὲν οἰκέταις ἐν κοιτῶνι ἢ προκοιτῶνι ἢ πρὸ κοιτῶνος ἀναγκαῖα σκεύη χαμεύνια κ. τ. λ.* Antiquo tempore autem servos prope focum cubuisse docet Homerus 11, 190 sq. *Ἀλλ' ὅ γε χεῖμα μὲν εὕδει, ὅθι δμῶες, ἐνὶ οἴκῳ, Ἐν κόνι ἄγχι πυρός*, quare scholiasta ad *η*, 154 foci ignem appellat »*τὸ διακονικὸν πῦρ*«. — Januam autem v. 49 a Theocrito commemoratam inter cubiculum et focum fuisse mihi quidem certum est, quamquam Wuestemannus ad eundem v. adscripsit : »fores aperiri jubet, ut advocari possint vicini. Sic apud Pindar. l. l. nobilissimi quique Thebani statim conveniunt, cf. Dissen. Explicat. p. 359« At Pindarus eandem fabulam aliter explicuit. Quare recte Dissen. l. l. »Ceterum credas Cadmeorum duces fuisse alicubi

---

[22]) Vis vocis *παστάς*, quam supra annot. 20. Porphyrium in synonymis vocis *κλίσιον* aeque ac »*πρόδομος, ἐξέδρα*« numerare vidimus (cf. ejusdem scholii verba „*προφκοδόμητο γὰρ οἰκήσεώς τινος ἡ παστὰς καὶ ἡ προπαραστὰς καὶ ὁ πρόδομος*“ cum Et. M. p. 688, 34 „*Πρόδομος, ἡ πρὸ τῆς οἰκίας στοά, ἣν καὶ αἴθουσαν καλεῖ Ὅμηρος. ἔνιοι μὲν παστάδα· τινὲς δὲ προστάδα προςαγορεύουσιν, ἣν Ὅμηρος πρόδομον εἴρηκε*“.) omnium vocum similis significationis latissime patere videtur. Idque eo libentius concedendum, quum hoc vocabulum mea quidem sententia a *πάσσειν* = *ποικίλλειν* (v. Hes. in v.) ductum sit. Proprie quidem porticus illam partem ante ipsius domus fores exstructam, quippe quae inprimis ornari soleret (cf. Cratini verba apud Polluc. VII, 122 „*παραστάδας καὶ πρόθυρα βούλει ποικίλα*“ et de aedd. I, p. 14 extr.), significaverit, sed item atque in voce *ἐξέδρα* etiam ad alias porticus partes adque similes ipsius domus interiores partes translatio fieri potuit idque eo facilius, quo similior eorum locorum usus fuit usui *παστάδος προδόμου*, qua non modo verisimile est interdum coenaculo, sed etiam ad hospites excipiendos certum est antiquo tempore usos esse, cf. de aedd. I, p. 15 ante med. Quare et apud scriptores et apud grammaticos variae res hac voce significantur, ut coenacula, cubicula, porticus, v. Hes. in vocibus *παστάδες* et *παστάς*, in qua proxima voce corrigendum est : *Παστάς. στοά, προστάς, παστός, νυμφών.* coll. cod. Voss. Suidae in v. et Cyrill. in v. *Παστάδα.* Apud Theocritum *νυμφῶνα* indicari res ipsa docet.

congregatos cum Amphitryone, unde nuncio allato succurrerunt omnes«. De vicinorum auxilio implorando neque apud Pindarum neque apud Theocritum mentio fit. — Alter locus est Sophocl. Oed. reg. 1237 sqq. Ἐξάγγελος spectatoribus enarrat, quae intra domum regiam facta sint, „v. 1241 Ὅπως γὰρ ὀργῇ χρωμένη (Iocaste) παρῆλθ' ἔσω Θυρῶνος, ἵετ' εὐθὺ πρὸς τὰ νυμφικὰ λέχη, — Πύλας δ' ὅπως εἰςῆλθ' ἐπιῤῥήξασ' ἔσω, Καλεῖ τὸν ἤδη Λάιον πάλαι νεκρόν«. Θυρών sine dubio est janua principalis oeci, per quam ex aula intrant, πύλαι autem sunt δικλίδες θύραι, per quas ad νυμφικὰ λέχη accedunt. Ἐξάγγελος enim, qui in ipsa domo (ut suspicor, in oeco virorum) fuerit necesse est, statim addit, paulo post Oedipum irrupisse et ex se, ubi mater degeret, quaesivisse, v. 1256. Tum pergit : Δεινὸν δ' αὔσας, ὡς ὑφηγητοῦ τινός, Πύλαις διπλαῖς ἐνήλατ'· ἐκ δὲ πυθμένων Ἔκλινε κοῖλα κλῇθρα, κἀμπίπτει στέγῃ. Οὗ δὴ κρεμαστὴν τὴν γυναῖκ' ἐςείδομεν, Πλεκταῖς ἑώραις ἐμπεπλεγμένην κ. τ. λ. Nemo non videt πύλας διπλᾶς easdem esse fores, quas Iocaste objecerat. — Jam ex omnibus locis de cubiculo nuptiali, quos tractavimus, hoc efficitur. Posterioribus temporibus thalamus vulgo in priore domus mulierum parte (Vitruv.), interdum in gynaeconitide sive priore sive posteriore (Lysias), interdum in ipsius oeci virorum μυχῷ prope exedram (Galen.) fuisse dicitur. Heroica aetate conjuges lectum genialem in intimis aedibus collocasse videntur, ut Ulixes et fortasse, quicunque μυχῷ δόμου cubabant (v. supra p. 76, v. 10 sqq.). Achilles et Patroclus, quorum thalami Vitruvii et Galeni duplicibus thalamis respondere viderentur, Celeus, Amphitryo, Oedipus prope oecum sive focum oeci suos habuisse thalamos cognoscuntur; utrum in priore gynaeconitidis parte oecum attingenti, an in ipsius oeci virorum penetralibus dijudicari non poterit. Thalami in ὑπερῴῳ siti exemplum ab antiqui temporis scriptoribus nullum affertur; posteriorum temporum paucissima quidem eaque non magni facienda (v. Beck. Charicl. I, 178) inveniuntur. Ac jam totam hanc rem mittere possemus, nisi de Theocriti et Sophoclis locis minus accurate judicasse videremur. Quid enim? inquies; thalamum apud utrumque scriptorem intra gynaeconitim fuisse oportet, quum janua inter thalamum et oecum fuerit; in oeci virorum μυχῷ igitur non fuit.

Quo modo verba παρὰ σταθμὸν τέγεος π. π. (hymn. in Cerer. v. 186) explicanda sint?

Μυχὸς oeci virorum in Ulixeis aedibus ab ipso oeco janua seclusus non fuit. Id ex libro 22do Odysseae clare apparet. Num vero μυχός ubivis antiquo tempore janua caruerit, jam inquiramus. — Supra II, p. 12 sqq. demonstravimus verbis παρὰ σταθμὸν τέγεος πύκα ποιητοῖο, quae quinquies in Odyssea et semel (v. 186) in hymno in Cerer. inveniuntur, columnam fastigium aedium sustinentem significari non posse; coegimus potius, collatis simillimis verbis „παρὰ σταθμὸν μεγάροιο“, oeci μυχόν, in quo vulgo mater familias sedebat, ubi aut cum suis vel cum hospitibus colloqui vellet (cf. II, p. 27 ante med.), indicari. Quodsi in hymno in Cerer. v. 184 sqq. dea cum Celei filiabus in patris domum ivisse traditur his verbis : „Αἶψα δὲ δώμαθ' ἵκοντο διοτρεφέος Κελεοῖο, Βὰν δὲ δι' αἰθούσης, ἔνθα σφίσι πότνια μήτηρ Ἧστο παρὰ σταθμὸν τέγεος πύκα ποιητοῖο Παῖδ' ὑπὸ κόλπῳ ἔχουσα, νέον θάλος· αἱ δὲ παρ' αὐτὴν Ἔδραμον. Ἡ δ' ἄρ' ἐπ' οὐδὸν ἔβη ποσί· καί ῥα μελάθρου Κῦρε κάρη· πλῆσεν δὲ θύρας σέλαος θείοιο.«, — exspectabimus eandem interiorem oeci partem indicari, quam eodem nomine apud ipsum Homerum appellari vidimus. Tamen, id quod supra p. 34, v. 5 et p. 42, v. 31 sqq. summatim attigimus, Vossius aliter sensit. In commentario enim ad v. 184—187 ita scripsit : »*Man geht — — bis hinten in das Weibergemach, wo an der Pforte des Männersaals die Mutter mit dem Kinde sitzt*«, ad v. 187—189 : »*Indem jene aus dem etwas tiefer liegenden Männersaale zu der Schwelle des Weibergemachs aufstieg, schien die erhabene Gestalt an die Decke des Gemachs zu reichen, und beide Thürflügel wie mit göttlichem Glanze zu beschimmern.*« Postremo paulo infra : »*Μέλαθρον hieſs der Tragbalken, der mitten durch ein gröſseres Zimmer unter*

der Decke gezogen war, um samt den beiderseitigen Seulenreihen die quer gelegten Balken der Decke zu tragen. — — Hier ist der Tragbalken des nicht so hohen Weibergemachs zu verstehen. Hesychius meint, dafs μέλαθρον auch die Oberschwelle genannt worden sei; gewiss falsch.« At etiamsi concedere vellemus, Vossium de vi μελάθρου rectius judicium fecisse, quam quod nos supra fecimus, etiamsi non displiceret, quod Vossius deam in limine stantem non superum limen ipsius januae, cujus fores collustravit, tetigisse, sed postquam limen transierit, aliam trabem capite tetigisse dicat (v. supra p. 34, v. 7. 8; e Vossii sententia vero fingas trabem illam mediam oeco mulierum impositam non parallelon supero januae limini, sed a limine ad intima aedium loca superstructam, quum ita tantum dea, antequam Metaniram praeteriret, μέλαθρον tangere potuit), — tamen Vossii opinio cum vi verborum παρὰ σταθμὸν τέγεος πύκα ποιητοῖο, qualem ex Odysseae libris colligi oportet, dissentit. Neque enim solum simile verbum παρὰ σταθμὸν μεγάροιο 17, 96 ipsius oeci virorum locum significat (quod si non esset, Penelope v. 104. 105 Telemachum adhortari non posset, ut de patris reditu certa secum communicaret, Πρὶν ἐλθεῖν μνηστῆρας ἀγήνορας ἐς τόδε δῶμα), sed etiam 1, 333 Penelope παρὰ σταθμὸν τέγεος π. π. stans, in ipso oeco fuerit necesse est, quum eadem v. 356. 360 οἶκόνδε i. e. in oecum mulierum cf. supra pagina 75, v. 6 sqq. se contulerit. Cui vero credibile est, ut eadem verba apud Homerum locum oeci virorum, apud hymni scriptorem, qui diligenter illius vestigia sequitur, locum oeci mulierum et eum valde a priore illo loco diversum significet [23]? — Licet pro recessu illo μελάθρου, quem supra p. 43—45 adumbravimus et cum Romanorum atrio comparavimus quemque Galeni exedrae simillimum fuisse vidimus, primam partem domus mulierum ad Vitruvii exemplum conformatam substituas, — efficietur quidem παραστάς (ita enim scholia quoque ad Homeri locos ll. verba παρὰ σταθμὸν τέγεος π. π. interpretantur, v. supra II, 12. 13 et scholl. H. Q. ad σ, 235), sed deerit focus etiam in Celei aedibus commemoratus, v. supra, deerit μέλαθρον proprie dictum, quarum rerum utraque in prima domo mulierum esse non potuit. Deerit recessus, ubi mater familias vulgo sedebat prope foci ignem (19, 55 et supra II, p. 24 sqq.). Quemadmodum vero Homericus usus postulat, ut verbis illis interior oeci virorum pars indicetur, sic ipsum nomen illius loci „παρὰ σταθμὸν τέγεος“ ad μυχὸν oeci virorum sub μελάθρῳ situm, cui tabulata aut superstructa aut utrimque affixa essent, valde accommodatum est. Sed fortasse quispiam dixerit, ipsum nomen τέγος optime ad mulierum domum referri posse, in qua ὑπερῷα τέγη sive parietibus affixa sive toti domui superstructa fuisse sciamus. Audio, inquam. Jam duplici modo res explicari poterit. Aut igitur eadem illa prima μυχοῦ pars proxime focum appellatur »σταθμὸς τέγεος«, i. e. aditus ad mulierum domum ὑπερῴοις ornatam, quia per μυχὸν re vera ad interiores aedes accedebant, item atque principalis oeci janua, per quam ex aula ad oecum accedebant, 22, 120 nominatur σταθμὸς μεγάροιο. At neque memini me ullo alio loco totam gynaeconitim solo τέγους voce designatam legere neque aditus ad μυχόν, oeci partem, recte ita nominaretur. Exspectares potius, januae, quae ex μυχῷ in ipsam mulierum domum ducebat cujusque lapideum limen 23, 88 commemoratur, nomen illud tribui. — Aut ipsa principalis domus mulierum janua, cujus limen lapideum modo memoravimus,

[23]) Si verum esset, quod Overbeck. *Pompeji p. 413* dicit, Pompejanam imaginem ibi expressam adumbrare Penelopen et Ulixem colloquentes et clam a Melantho ancilla observatos, μυχόν oeci Homerici in oculis haberemus. Sed neque Melantho oeco expulsam e mulierum domo illorum colloquium observasse Homerus tradit, neque hospes illius imaginis ante domus cujusdam fores requiescens personatus Ulixes esse potest. Sedet enim in parte trunci columnae (*einer Säulentrommel*) cf. *Panofka B. a. L. XIX, 4.* Quid vero pars illa scapi columnae in oeci μυχῷ jacens?

verbis *παρὰ σταθμὸν τέγεος* indicatur. Ea modo, quoniam e mulierum domo ad *μέγαρον* (oecum virorum) ducebat, significari potuit verbis »*παρὰ σταθμὸν μεγάροιο*«, ut 17, 96; modo nomine *σταθμὸς τέγεος*, quoniam ex oeco virorum ad mulierum domum multis *τέγεσι* sive *ὑπερῴοις* insignem transitum aperiebat. Sed ne repetam, quae supra dixi de vocabulo *τέγους*, quod sciam, nusquam de tota gynaeconitide dicto, *σταθμὸς τέγεος* ne in *λαΐνῳ οὐδῷ* quidem, qui *μυχὸν* oeci a mulierum domo separavit (v. supra II, 7, init. et ipsa verba poetae 23, 88 sqq.), esse potuit. Vide enim, quid in hymno in Cerer. de hac sententia factum esset. Ceres per oecum virorum accedens locum *μυχοῦ*, ubi prope focum mater familias sedere solebat, praeterisset, ut in limen illud v. 188 ascenderet. V. 188. 189 autem id temporis punctum describunt, quo primum Ceres Metanirae apparuit; non, quid factum sit, postquam Metaniram praeteriit. Ad hoc ne ita quidem *μέλαθρον* suam sibi vim servaret. — Sin autem verbis *παρὰ σταθμὸν τέγεος* priorem *μυχοῦ* aditum significari statueris, per quem ex amplioribus oeci partibus ad ipsum *μυχόν* accedebant, omnia recte habebunt. Hoc unum concedas oportet, *μυχὸν* illum, a cujus utraque parte *σταθμοί* vel columnae postium loco collocata erant, non semper, ut in Ulixeis aedibus apertum, sed interdum, ut in hymno in Cerer. etiam janua ornatum fuisse. Jam recte discernetur lapideum limen capitis aedium, *μεγάροιο*, (17, 96) ab hoc (ligneo?) *τέγεος* limine, quod ad *μυχόν* accedentes transibant cuique *μέλαθρον* proprie dictum idem pro supero limine erat. Penelope igitur 17, 96 *παρὰ σταθμὸν μεγάροιο* sedens et ipsa in oeci *μυχῷ*, sed propius *λάινον οὐδόν* sedebat, id quod ab argumento sermonis ejus magis arcano certe alienum non est. Ceteris in locis, quae dicuntur *παρὰ σταθμὸν τέγεος* stare vel sedere, non in intimo *μυχῷ* versabantur, sed propius focum, ubi vulgo mater familias sedebat, cf. 23, 89. 90 »*Ὀδυσῆος* (qui *πρὸς κίονα μακρὴν* se acclinabat) *ἐναντίη*, *ἐν πυρὸς αὐγῇ*, *Τοίχου τοῦ ἑτέρου*«, coll. 19, 55 *παρὰ πυρὶ — ἔνθ᾽ ἄρ᾽ ἐφῖζεν*. Jam recte Ceres Metanirae primum apparebit in limine *τέγεος* stans eademque *μέλαθρον* capite tangens. Jam denique optime janua haec ex oeco ad *μυχὸν* ducens verbis »*π. σταθμὸν τέγεος π. π.*« significabitur, quum eo ipso in loco incipiat *τὸ τέγος* i. e. aedificium illud craticii operis, cujus inferior pars apud Homerum *μυχός* usurpatur, superior *μέλαθρον* et in Ulixeis aedibus *μεσόδμας* utrimque affixas complectitur. (Galeni autem aedes infra *ἐξέδραν* et utrumque thalamum, supra *μέλαθρον* et *ὑπερῴων* cellas perpetuas continent.) Confirmari puto hanc de *σταθμῷ τέγεος* sententiam interpretatione verborum in scholio Vulgato ad *θ*, 458 et *α*, 333, in quo vera vocis *τέγεος* vis latere videtur. Buttmannus quidem et Dindorfius utroque loco verba scholii, quae huc referri debent, omittunt. Sed in ed. Paris. 1530 et Hervag. Basil. 1535 ad priorem locum haec adjecta sunt: „*σταθμόν. παραστάδα. τέγεος. ἤτοι τοῦ μελάθρου*". Quodsi quis contendat *μελάθρου* hic idem esse, quod *οἴκου*, ut saepe apud poetas, confirmari id videtur Barnesii auctoritate, qui post *μελάθρου* interpunxit et vocem *οἴκου*, nescio, unde sumtam, addidit. At refutatur illa opinio altero loco (*α*, 333), ubi et editiones antiquae, quas dixi, et Barnesius consentiunt in hac lectione: *σταθμόν. παραστάδα. τέγεος. καταγείου οἴκου*, interpunctione inter proximas duas voces non inserta. Jam vero, quum certam aedium partem aut certum aedificii genus nomine *καταγείου οἴκου* indicari appareat, quaeritur, utrum scholiasta hac voce ipsum oeci *μυχὸν* (*μέλαθρον*, quale supra II, p. 43 sub extr. et sqq. descripsimus) significari voluerit, an superioris contignationis aedificium, quod tabulatis fuit insigne. Illud si sumseris, scholiasta rem quidem bene explicabit, nam *σταθμὸν τέγεος* revera praeteribant, qui *μυχόν* intrabant, v. supra, vocem Homericam autem »*τέγος*«, id quod voluit, interpretatus non est. Nemo enim putabit, Homerum voce *τέγους*, in quo tegendi vis non possit non inesse, inferiorem domus partem superiori oppositam appellasse. Posteriore demum tempore

quaedam partium domus nomina a nativa vi plane aberrasse videntur. Quum enim vulgo plano pede institutis domibus ut hypogaea concamerationesque (Vitruv. VI, 8 [11], 1), ita superiores contignationes (Vitruv. VII, 1, 1) opponere solerent, factum esse videtur, ut in domibus plurium contignationum, quarum tum *τέγος* tum *κατάγεια* proprie dicta partes erant diversae, postea utroque nomine et superiora et inferiora loca, ut inter se conjuncta et plano pede institutis opposita, promiscue appellarentur. Sunt igitur *τέγη* et similia vocabula v. supra II, 9 et 10 non modo *ὑπερῷα*, v. Suid. et Hes. in v., et »camerae, pergulae« (i. e. partes domus projectae et in superiore et in inferiore domo, Rein. ad Beck. Gall. II, 201), sed etiam *οἶκοι πρόςγειοι*, cf. Suidae glossam : *Τέγος. στέγη· ἢ ὑπερῷον, δωμάτιον, οἰκία πρόςγειος* (coll. Et. M. 749, 46 : *Τέγη, δωμάτιον, στέγη, οἰκία· καὶ τέγεοι, ὑπερῷοι ὑψηλοί, ἢ οἶκοι, στοαί*). — Et. M. p. 19, 8 : *ἄδυτα οὖν τὰ ἀφανῆ καὶ μύχια τοῦ* (sic) *ἱερῶν, οἷον ὀροφαί, οἶκοι ὑπόγειοι σκοτεινοί.* — Polluc. Onom. VII, 123 *κατῆλιψ ἡ μεσόδμη. κάπνην δὲ καὶ καπνοδόκην Εὔπολις τὸ μὲν εἴρηκεν ἐν Βάπταις, τὸ δὲ ἐν Δήμοις. λέγειν δ' ἔστι καὶ κατάγεια οἰκήματα καὶ ὑπόγεια. ἔνι δ' εἰπεῖν λίθον σκληρὸν καὶ λίθον πώρινον*, siquidem haec omnia, ut supra conjecimus, continuata legenda et ad *κατῆλιψ* i. e. *μεσόδμη, τέγος* referenda sunt. Postremo vocem *συνοικίας* affero, quae praeter insulam domuum etiam unam domum, in qua multi habitant, coenaculariam domum plurium contignationum, indicat. Tamen Budaeus grammatici cujusdam verba affert haec : (v. H. Steph. Thes. ed. Paris. in v.) *Διῆρες Ἀττικῶς τὸ ὑπερῷον· τὸ δὲ κατώγαιον, ξυνοικία λέγεται.* — — Contra scriptor scholii Vulgati, siquidem vocem *τέγεος* interpretatus est, verbis »*κατάγειος οἶκος*«, quamquam vulgo »*κατάγεια*« et subterranea *οἰκήματα* nominantur (Xen. Anab. IV, 5, 25), et inferiores domus cujusdam partes (*Erdgeschosse*) superioribus oppositae, cf. Dion. Hal. Rom. Antiqu. 10, 32 et locum Athenaei supra p. 38, v. 12, uteretur ad totam *τέγους* structuram (i. e. aedificium superiore contignatione ornatum, non plano pede aedificatum) significandam. Exemplum ejusdem vocis eodem modo translatae desidero. Tamen malo putare scholiastam tam insolenter locutum esse aut librarium hanc vocem „*καταγείου*" ex »*καταγωγίου*« (cf. synonymam vocis *κατήλιφος* i. e. *τέγους* interpretationem supra p. 33, v. 4 et p. 52 extr.) finxisse, quam apud poetam aliam voci »*τέγος*« significationem immiscere. Qui quid hac voce appellaverit, recte colliges ex VI, 248 »*τέγεοι θάλαμοι*« i. e. *ὑπερῷοι ἐπὶ τοῦ τέγους ᾠκοδομημένοι* (schol. Lips. ed. Bachm.), *ἀνώγειοι* Eustath. ad l. l.

Quodsi ex iis, quae supra disputavimus, verisimillimum factum est, in hymno in Cerer. *μυχὸν* oeci virorum janua fuisse ornatum, jam cognoscetur, cur in Theocriti et Sophoclis locis thalamos janua ab oeco vel a foco oeci seclusos certo inter mulierum domus partes referre ausi non simus. Quin etiam fuit, quum in verbis *κοῖλα σταθμά* et *κοῖλα κλῇθρα* ipsius ad *μυχὸν* aditus significationem latere putarem. Ac revera utriusque poetae verbis illum aedium locum valde accommodatum esse supra demonstrasse mihi videor. Sed de nominibus illis forium nunc re prudentius retractata aliter judico. Verbis Theocriti : »*Ὦρσεν* (*δράκοντας*) *ἐπὶ πλατὺν οὐδόν, ὅθι σταθμὰ κοῖλα θυράων Οἴκω*« certam quandam januam indicari etiamnunc puto. Neque enim dicere videtur poeta »ad eum liminis locum, ubi postes forium domus sunt cavi« (ut feles irrepere possint, v. annotatt. ad h. l. in novissimis Fritzschii et Hartungii editionibus), sed »ad latum limen, ubi oeci forium cavi postes sunt«. Quod limen si quis dicat substructum fuisse *τῇ ἐγγυτέρῳ πύλῃ* a Plutarcho commemoratae his verbis (Apophthegm. Lacon. Leotychid. Aristonis filii 2, p. 215 ed. Hutten., vol. II, p. 140 ed. Tauchnitz.) : „*Τῇ δ' ἐγγυτέρῳ πύλῃ δράκοντος περὶ τὴν κλεῖν ἑλιχθέντος* (fortasse *ὀροφίου* cf. Eustath. 1448, 63), *καὶ τῶν μάντεων τέρας ἀποφαινομένων εἶναι, Οὔτι ἔμοιγ', ἔφη, δοκεῖ, ἀλλ' εἰ ἡ κλεὶς τῷ δράκοντι περιειλίχθη,*

τέρας ἂν ἦν (cf. Cic. de divin. II, c. 28, § 62)« idemque ipsius *μυχοῦ* limen habeat, non quidem contra dico, sed ex versu illo Theocriti id probari posse nego. *Κοῖλα* enim Theocritus *τὰ σταθμά* non aliter dixit atque Lucianus Galli c. 24 et Navigii c. 20 *κοῖλον χρυσόν*, i. e. caelatum aurum. Sunt quidem, qui etiam his locis excavata vasa, ut pocula, similia intelligant. Sed hanc sententiam verba (Navig. c. 20) probari non sinunt : *Ὁ χρυσὸς δὲ κοῖλος ἡμῖν ἐμφαγεῖν· τὰ δὲ ἐκπώματα οὐ κοῦφα, ὡς τὰ Ἐχεκράτους, ἀλλὰ διτάλαντον ἕκαστον τὴν ὁλκήν.* Verborum enim ordo demonstrat, non *χρυσοῦ* solum usum, sed *κοίλου χρυσοῦ* sibi cupere Adimantum, quod, si ipsa vasorum natura cavationem postularet, plane ineptum foret; nam illius generis vasa aurea nemo habet non excavata. Vasis potius caelatis, affabre factis Adimantus omnibus voluit antecellere (cf. Virg. Aen. I, 640. 641 »Ingens argentum mensis caelataque in auro Fortia facta patrum). Ut vero *κοῖλα σταθμά* dicam simili modo nominari postes forium sculptura ornatos, inprimis efficit vox composita *κοιλόσταθμος* a Septuagintaviris *Ἀγγαίου* c. 1, v. 4 usurpata : „*Εἰ καιρὸς μὲν ὑμῖν ἐστι τοῦ οἰκεῖν ἐν οἴκοις ὑμῶν κοιλοστάθμοις, ὁ δὲ οἶκος ἡμῶν ἐξηρήμωται;*“, quo in loco non repudio quidem interpretationem eorum, qui significari putent domos laqueatas, concameratas, tabulis excavatis tectas »*ὠροφομένους οἴκους*«, comparantes verbum *κοιλοσταθμέω* I, Reg. 6, 9 »*ἐκοιλοστάθμησε τὸν οἶκον φατνώμασι*«, ubi glossae : *ἐσανίδωσεν κεκοιλωμέναις ὑπὸ τῶν τεχνιτῶν σανίσιν.* Neque nego id genus aedificia recte nominari »amplas domos« cf. gloss. ad Agg. I, 4 »*κοιλοστάθμοις* (MS. *κυλοστάθμοις*) *ὑψηλοῖς καὶ μεγάλοις*«, quam corruptam repetit Hesych. *κυκλοστάθμοις. ὑψηλοῖς.* Sed ejusmodi laqueatas domos ex similitudine caelatorum tectorum (cf. verba poetae de Priami regia apud Cic. Tusc. I, 35 »adstante ope barbarica Tectis caelatis, laqueatis«) cum forium antepagmentis sculptura ornatis nomen reperisse et ex ipsa vocis *κοιλόσταθμος* conformatione et ex verbis Cyrilli Alex. ad Aggaei l. l. verisimile fit : *κοιλοστάθμους, φησίν, ὧν ἂν αἱ φλιαί, ἤτοι τῶν θυρῶν οἱ σταθμοὶ σιδήρῳ διεκοιλαίνοντο, περιορυττόντων οἶμαι που τεκτόνων αὐτούς, καὶ ἀπό γε τῆς σφῶν εὐτεχνίας ἐγχαραττόντων δαιδάλματα.* Quodsi fieri potuisse statuis, ut angues apud Theocritum per lacunam sculptilis operis, quibus postes fuerint ornati, irrepserint, non adversor. In verbis poetae id inesse nego, quum etiam alii poetae eadem *κοίλου* voce in simili re ad sermonem suo more ornandum usi sint. Vide enim *κοῖλα κλῇθρα* in Sophoclis l. l. numquid aliud significent, nisi repagula affabre facta, quibus janua intus clausa fuit quaeque Oedipus e postibus erupit. *Κλῇθρα* sive *κλεῖθρα* (Et. M. p. 518, 10 sqq.) sunt »repagula«. Hes. : *Κλεῖθρα. μοχλοί κ. τ. λ.* et in v. *Κλήθρα* post *Κλινθ.* »*εἶδος δένδρου. ἢ μοχλός*« (voluit *κλῇθρα. μοχλοί* scribere). Repagula autem sculptili vel interrasili opere exornata non miraberis, si recordatus eris, quanto splendore veteres domorum januas exornare soliti sint cf. Od. 7, 88 sqq. coll. »caelatis foribus« apud Ovid. Met. II, 6. 819; VIII, 703. Nisi males Sophoclis l. l. Schneidewino auctore ipsas fores »*κλῇθρα*« dictas esse putare. — Januam in Sophoclis loco in interioribus aedibus esse certum est. Theocriti januam si supra eodem rettuli, tota rerum series me permovit, non verba *ὅθι σταθμὰ κοῖλα θυράων Οἴκω.* Quamvis aptus enim ejusmodi ornatus interiori domui fuerit, v. quae supra p. 67, v. 5 de *καλαῖς μεσόδμαις* conjecimus, eundem a principali totius domus janua abfuisse contendi non potest. Cf. de aedd. I, p. 13 annot. extr., p. 29 annot. 38 »*ἀπέξεον τὰς κίονας*«, II, 7, v. 8.

Κατ' ἀντηστιν (*κατάντηστιν, κατ' ἀντησιν, κατάντησιν.*)

Jam pauca illa perlustremus, quae de Homerica gynaeconitide adjicienda esse putamus. — Libri 20[mi] v. 387 Penelope dicitur sermones procorum in oeco virorum epulantium audisse *κατ' ἄντηστιν θεμένη περικαλλέα δίφρον.* Doederlein. Gloss. II, 180, n. 707 dijudicare non audet, utrum *κατά* cum *θεμένη* conjungi debeat, ut 19, 101; 20, 259, an *κατ' ἄντησιν*

(*κατάντησιν*) adverbii loco habendum sit. Equidem adverbium ex duabus vocibus compositum solum probo, quia neque usquam *ἄντησιν* sive *ἄντηστιν* adverbium invenitur et omnes interpretes utramque vocem conjunctam *κατ' ἄντηστιν* (*κατ' ἄντησιν, κατάντησιν, κατάντηστιν*) adverbiis *κατέναντι, καταντίον, κατεναντίον* explicant. Et. Magnum p. 112, 17 non excipio, quippe qui lemma *ἄντηστιν* interpretationi suae non hac de causa praeposuerit, quia vocem *ἄντηστιν* praepositione omissa adverbium habuit, sed quia in *κατ' ἄντηστιν* alteram vocem substantivi accusativum esse putavit. »*Ἄντηστιν : παρὰ τὸ ἀντῶ, ἀντήσω ἄντησις καὶ ὑπάντησις· καὶ πλεονασμῷ τοῦ τ, ἄντηστις· Ἡ δὲ κατ' ἄντηστιν θεμένη περικαλλέα δίφρον*«. Atque hac in re verum vidisse Etymologum puto, sive scribis *κατ' ἄντησιν, κατ' ἄντηστιν* sive utraque vocula conjuncta *κατάντησιν, κατάντηστιν*. Quae enim unius vocis vim continent, saepissime in unam vocem coalescunt, ut *κατεναντίον* pro *κατ' ἐναντίον* all. Substantivi nominis vim autem in hac verborum conjunctione eandem esse opinor, tanquam si quis diceret »in occursu« pro »in conspectu, contra« et comparo translationem actionis ad locum designandum cum posteriorum epicorum (ut Apollonii Rhodii) verbo »*ἐπὶ προμολῇσι*«. De voce scribenda hoc sentio. Quum omnes Homerici libri in his literis *κατ' ἄντηστιν* sive *κατάντηστιν* consentiant (nam lectionum discrepantia in cod. Vindob. 50 *κατ' ἄντης*, in margine 1ma manus *γρ. ἄντηστιν τὴν ἀντικρύθεσιν*; in Vratisl. *κατ' ἄντης τιθεμένη*, in marg. *κατ' ἄντηστιν*; in varr. lectt. cod. Vespas. Gonz. Col. [cp. Vin. ed. Villoison. p. 55, col. 2] *κατ' ἀντηστίν* adscripta altera lectione *ἄντης τιθεμένη* nihili aestimanda est), equidem auctoritate duarum edd. veterum scholii Vulgati et Hesychii glossis *Κατάντησιν, κατεναντίον* (sic in cod. v. Schow) et *καταντήσειν* (sic). *κατέναντι, ἐξ ἐναντίας* non moveor, ut literam τ omittam. Hesychii glossae quidem vulgo haud parvi faciendae sunt et fortasse praeter ed. Parisinam et Hervagianam scholii Vulg., quarum illa »*ΚΑΤ' ΑΝΤΗΣΙΝ. ἀντικρὺς τοῦ ἀνδρῶνος. ἐν τῇ γυναικωνίτῃ. τῆδι.* (sic)«, haec in textu : *ἄντιστιν* (sic), in scholio : »*κατ' ἄντησιν : ἀντικρὺς τοῦ ἀνδρῶνος. ἐν τῇ γυναικωνίτηδι.*« exhibet, etiam in aliis edd. ant. (Buttm. lemmati *ἄντησιν* addit : sic ed. ant., Dindorf. nihil) *ἄντησιν* scriptum exstat, quamquam Barnesius lemma scripsit »*Κατάντηστιν*«. Sed duo auctores, E. M. et Eust. ad h. l., qui ipsi vocem ab *ἀντάω, ἄντησις* ducunt, diserte tradunt, ille literam τ, hic literam σ additam esse *πλεονασμῷ*. Itaque satius esse duco in lectione omnium Homericorum librorum perstare, praesertim quum conformatio vocis *ἄντηστις* rarior, altera vulgarior sit et ob hanc ipsam causam facilius *ἄντηστις* in *ἄντησις*, quam hoc in illud mutari potuerit. Rarior forma autem a verbo *ἀντάω* ducitur, ut *κνῆστις* (XI, 640) praeter vocem magis tritam *κνῆσις* a verbo *κνάω*. Et hoc par nominum et illud (*ἄντηστις* et *ἄντησις*) recte habet. Eae formae, in quibus duplex consonans literam η sequitur, primo *κνῆ-τις, ἄντη-τις* sonabant, ut *μῆ-τις, ἄμπω-τις* (apud Eust. 1716, 36 *ἄμπω-σις*) et Latinorum semen-tis, all. Jam aut vocalis iota, quae sequitur, effecit, ut tenuis in sibilantem σ desideret, aut sigma cliticum (cujus exempla v. apud Lobeck. Pathol. proleg. p. 398 sqq.) tutatum est sequentem consonantem τ, cf. *Bopp, Vergl. Accentuationssystem des Sanskr. u. Griech. S. 135. 136* et *Corssen, Jahn N. Jahrbb. f. Phil. u. s. w. Bd. LXVIII, Heft 5, S. 469.* — Utrum *κατ' ἄντηστιν* sive *κατάντηστιν* scribas, ad rem, de qua agimus, non magni refert, tamen illud originem adverbii magis declarat neque similibus exemplis, ut *κατ' ἐναντίον* plane caret. Quem vero aedium locum verba *κατ' ἄντηστιν* versu illo libri 20mi indicent, ex significatione primigenia, qualem supra constituimus, omnino definiri non potest. Fidem igitur habeamus scholio Vulgato, quod nobis tradit : *ἀντικρὺς τοῦ ἀνδρῶνος ἐν τῇ γυναικωνίτιδι*. Ad hoc v. 389 »sermones cujusque in virorum oeco audivit« verisimile reddit Penelopen non in ipsius oeci loco quodam, sed in vicina aedium parte sedisse. Maxime accommodatus autem

ad hanc rem erat oecus mulierum, unde inter servas sedens, quibus opus imperabat (cf. supra II, p. 25 extr.; 26 prim.) etiam 17, 492, coll. 506, sentit, quae in oeco facta sint, et Eumaeum in oeco virorum versantem (cf. v. 380) appellat v. 507. Etiam 17, 36 clamorem servarum in oeco virorum Telemachum advenientem salutantium ex eodem loco audisse videtur. Utrumque locum jam Vossius attulit ed. princ. repet. Germanic. interpretationis p. 457, ann. 27. —

Quum de scalis domus mulierum supra p. 75 ante med., de foribus ad deformationis n. 8', supra p. 67, v. 28 sqq.; p. 68, v. 27 sqq. et all. ll. occasione data verba fecerimus, de ceteris autem ejusdem domus partibus praeter eas, quas modo tractavimus, nihil plane traditum sit, jam disputandi finem faceremus, nisi tribus verbis latinum *ὑπερῷον* nomen commemorare liberet. Ausonius enim Periocha prima in Odysseam (sub extr.) ita: »Quem (Phemium) Penelope degressa Chalcidico, argumento tam miserabilis offensa materiae, ut alia concinat, adhortatur«. et Periocha 23 »Chalcidicum gressu nutrix superabat anili«. Nemo non videt prioribus verbis tangi, quae Odysseae versibus 1, 328 sqq. *»τοῦ δ' ὑπερωιόθεν φρεσὶ σύνθετο θέσπιν ἀοιδὴν — — Πηνελόπεια, Κλίμακα δ' ὑψηλὴν κατεβήσετο κ. τ. λ.«* narrentur. Periochae libri 23tii verba interpretantur versum 1mum illius libri *Γρηῢς δ' εἰς ὑπερῷ' ἀνεβήσετο καγχαλόωσα.* Sed quum testimonium professoris Burdigalensis, qui post medium saec. IV. p. Ch. n. scripsit, in his rebus, nisi sciamus gravissimis auctoribus eum usum esse, parvi faciendum sit, paucis nomen illud *ὑπερῷον* absolvere possumus. Qui diligentius in rem inquirere velint, evolvant Vitruvii editionem Elzevirianam a. 1649, p. 80 d., et Lexic. Vitruv. Baldi illustratum ab Ioanne de Laet p. 25; Schneideri commentarios ad Vitruv. 5, 1, 4; Forcellini lex. tot. lat. in v., qui egregie de hoc vocabulo disputat; *Overbeck Pompeji S. 101; Handb. der Arch. der Kunst von O. Müller, 3. Aufl. von Welcker, S. 396. 397.* Nobis satis sit vocem breviter definire. Chalcidicum aedificii genus dicunt, cujus nomen a Chalcide urbe dictum sit. Plerumque est porticus quaedam domibus praeposita (*eine Art Vorsaal*), ut in basilicis, et hanc vim designasse videtur Gloss. Isid. »Calcicum (corrige Chalcidicum) foris deambulatorium, quod et peribulum (*περίβολον*) dicitur et iterum (pteron)«. Interdum, et hoc ab ea re, de qua nunc agitur, facit, ad superiores quoque aedium partes transfertur, quae latina lingua coenacula, solaria dicuntur, et hanc vocis vim non modo in Ausonii locis allatis, sed etiam bis apud Arnobium adv. gent. reperire sibi videntur: 4, p. 149 »Scribuntur dii vestri in tricliniis coelestibus atque in Chalcidicis aureis coenitare, potare et ad ultimum fidibus et vocum modulationibus mulceri«. et 3, p. 105: Avet animus atque audet in Chalcidicis illis magnis atque in palatiis coeli deos deasque conspicere intectis corporibus atque nudis.

De Chalcidico.



Interpretatio tabulae lithographicae.

Quum in commentatione de aedd. Homericis saepe ad sententiam meam explicandam literis deformationis usus sim, quam priori parti adjeceram, prioris illius libelli autem (programmatis gymnasii Gissensis anni 1844) pauca exempla reliqua sint, gratum lecturis me fecisse spero, quod formam l. l. in tabulae I. fig. B descriptam in extremo hoc libello iterum exprimendam curavi. Neque minus aptum videbatur, Vossianam adumbrationem in eadem pagina addere, quo facilius posset comparari. Quae praeterea ibi depicta invenies, sunt **fig. 1** Galeni *μεσόδμαι* (*ὑπερῷα*) cf. supra II, p. 38. 65, **fig. 2** Ulixeae *μεσόδμαι* cf. p. 39 sqq., quales utrasque in oeco virorum stans in oculis haberes, **fig. 3** deformatio aedium Ulixearum in cod. Harlejano ad σ, 102 descripta. De hac supra p. 48, annot. 10 verba feci, de **fig. 1** et **2** pauca annotare libet. Primum noli putare utramque formam ad certam pedum mensuram accommodatam esse. Quod si fecissem, Galeni *μεσόδμας* multo altiores descripsissem, quam Ulixeas. Deinde facile cognosces, parietis principali oeci januae adversi mediam tantum et dextram partem adumbratam, sinistram omissam esse. Postremo ex iis, quae in ipsa commentatione disputavi, intelligitur, me non adversari, si quis in *μεσόδμαις* fenestras apertas fuisse dicat; in Galeni forma eas omisi, quia ab ipso scriptore mentio fenestrarum *ὑπερῴων* facta non erat. Contra in Ulixeis *μεσόδμαις* clathrorum lineas rariores pinxi, ut utraque janua et »o« (*ὀρσοθύρα*) et »a« (*αὐθεντική*) facilius conspiceretur, neve nimia linearum copia imago rei fieret obscurior, quam ipsa res. Verum est, opus esse aut spissioribus clathris *μεσοδμῶν* aut crypta *φραγμοῖς καὶ θυρίσι περιεχομένῃ* (supra p. 38, v. 13), ut Melanthius Ulixem fallere potuisse videatur. Utrum sit rectius, non magis certum est, quam quae res Ulixem impediverit, quo minus Melanthium per **p. i.** (parietem intergerivum) ad *ὀρσοθύραν* enitentem conspiceret, utrum crassior columna, an velum *μυχοῦ* parti obductum etc. etc. Singulas imaginis partes haud aegre agnosces, ut »λ. o.« (*λάινον οὐδὸν* domus mulierum). Plurimis rebus ipsum nomen adscripsi, id, quod in Vossiana forma universarum aedium (fig. A) atque in mea ejusdem rei descriptione (fig. B) fieri non potuit. Quare jam addo singularum literarum interpretationem. Hoc unum tamen praemonere debeo, me in mea aedium adumbratione (anni 1844) nunc pauca mutasse 1) locum *ὀρσοθύρας* v. supra p. 62. 63; 2) locum *ἐσχάρας* cum sede matris familias paulo propius medium oecum designavi, v. II, p. 19. 20. In interpretatione literarum easdem ob causas *τὴν αὐθεντικήν* (4′) et *τὴν ὀρσοθύραν* (4″) nunc distinxi, contra (l′ et m) *ῥῶγας* et *μεσόδμας* nunc conjunxi (cf. supra p. 47—53).

Fig. A.

Des Odysseus Wohnung nach Voss.

a. Die Mauer mit Zinnen: Odyss. XVII, 267. XVIII, 102. XXII, 439. — **b.** Steinerne Sitze: XVI, 543, links für den König, wie bei Nestor, III, 406. — **A.** Wirthschaftshof, oder Gehege, für den Unrath der Kühe und der Ställe: XVII, 266, 297. XXII, 442. — **c.** Das Thor mit doppelter Pforte, inwendig verriegelt: XVII, 267. XXI, 389. — **d.** Schauer für den Hofhund: XVII, 291. — **e.** Ställe für Maulthiere und Rinder: XVII, 298. Pferde waren in Ithaka nicht: IV, 607. — **f.** Zwei Hallen, links für angebundenes Schlachtvieh: XX, 176, 189 (vgl. 164). Rechts lehnte man die Wagen an geweifste Wände: IV, 42. — **g.** Das Küchengewölbe: XXII, 442. Um dessen spitz auslaufende Kuppel von der Zinne der vorderen Mauer ein Seil zum Aufhängen der zwölf schuldigen Mägde gespannt wurde: XXII, 466. Der Eingang (**gg**) ist durch das Zimmer des Zerlegers. — **h.** Doppelpforte zur Halle des

Hofes : XVIII, 101, 102, 289. Aufserhalb dieser Pforte lag der Dünger : XVII, 297. — **B**. Der gepflasterte Mittelhof oder Vorhof : I, 104. IV, 627. XVII, 168; oft mit einem Brunnen : VII, 131. — **i**. Die Halle, ein bedeckter Säulengang um den Vorhof. Oben vor dem Hause schlafen gewöhnlich die Gäste : IV, 802. Unten am Eingange wurden die erschlagenen Freier hingelegt : XXII, 449. XXIII, 49. — **k**. Ein Altar des Zeus Herkeios : XXII, 334. (Il. XI, 772.). — **l**. Des Telemachos Zimmer, mit einer Aussicht nach der Meerseite : I, 426. (In einem ähnlichen wohnte Nausikaa, VI, 15.). — **m** Andere Zimmer zum Wohnen und zur Wirthschaft; unter einigen auch Vorrathsgewölbe für den täglichen Gebrauch : VI, 621. — **n**. Die Hausflur : XVIII, 10—100. — **o**. Das Badezimmer : XXIII, 153, wie bei Menelaos : IV, 48. — **p**. Eine Wirthschaftskammer, worunter ein schmaler Gang in den Seitenhof führt : XXII, 127, 137. — **C**. Der Männersaal, etwas in die Erde gesenkt, mit gestampftem Estrich : XXI, 120. XXIII, 46. Der Rauch des Herdes (VII, 153. XX, 123) und der Feuergeschirre (XVIII, 307) zieht durch eine Oeffnung der Decke, die oben ein plattes Dach mit gebrannten Fliefsen hat : I, 321. — **q**. Stelle für die Mischkannen, aus welchen der Wein rechtsum gereicht wird : XXI, 142. XXII, 333, 341. — **r**. Säulen, um die Balken der Decke zu tragen : XIX, 38. An einer sitzt der Sänger : I, 154, wie bei Alkinoos : VIII, 66, 473. An einer ist das Speerbehältnifs : I, 127. Nur wenn Telemachos gleich wieder ausgeh'n will, stellt er den Speer auf der Hausflur an eine Säule : XVII, 29. — **s**. Einfache Thüre, die auf den Seitenhof nach der Treppe führt : XXII, 126. Durch diese (an der linken Seite des Saals : XXI, 142. XXII, 333, 341) werden die Waffen in ein oberes Zimmer hinaufgetragen : XIX, 31. — **D**. Durchgänglicher Seitenhof, um das Gastzimmer zu vermeiden : XXII, 128. — **t**. Einfache Thüre von der Hausflur zum Seitenhofe : XXII, 127, 137. — **u**. Treppe zu Odysseus Kammern über dem Vorplatze des Männersaals : XIX, 17. XXII, 143, bei der Kirke zum flachen Dache : X, 554—60. — **v**. Einfache Thüre durch die Scheidemauer der Weiberwohnung; XXII, 394. — **w**. Treppe zu den Obergemächern der Königin, wo sie Ruhe und Einsamkeit sucht : I, 329. II, 357. IV, 760, und insgeheim ein Gewand webt und wieder trennt : XV, 516. — **E**. Arbeitssaal der Königin : IV, 679—768. XVI, 411. XVII, 36, 505. XX, 387. XXIII, 20, und ihrer Weiber : XVIII, 315. Auch er hatte Säulen : VI, 307, einen Herd : VI, 305, und einen Rauchfang : XIX, 544. — **x**. Andere Zimmer : XXI, 387. XXIII, 41. Unter einem die geheime Vorrathkammer : II, 338, (XV, 98.) XXI, 8, zu welcher den Schlüssel Penelopeia aus dem Obergemache holt : XXI, 5. — **y**. Die eheliche Schlafkammer, später um einen Oelbaum des hinteren Seitenhofes hinausgebaut : XXIII, 190—201. — **z**. Die Doppelthüre, an welcher Penelopeia sich den Freiern zeigt : I, 334; durch diese erkennt sie auch, was im Saale vorgeht, XVII, 493, 501—4. — **F**. Der hintere Seitenhof zum Gebrauche der Weiber, mit einzelnen Bäumen : XXIII, 190, und Ställen für Gänse : XV, 160—173. XIX, 536. — Von den griechischen Benennungen scheinen nur diese einer Erklärung zu bedürfen. *Οικος* ist überhaupt Wohnung : oft ein gröfseres Wohnzimmer, worin Feuer gemacht werden kann; daher heifst das ganze Haus zwar *δωματα*, *μεγαρα*, auch ein Theil *θαλαμοι*, aber nie *οικοι*. Die Wörter *προθυρον* und *προδομος* haben Beziehung auf das Vorhergehende, und bedeuten den Raum vor jeder Thüre, vor jeder Wohnung, er sey frei, oder auch selbst ein Theil des Hauses.

Fig. B.


A. *αὐλή*. **B**. oecus virorum. **C**. oecus mulierum. **D**. *ἕρκος* cf. 23, 190. **1**. *Πρόθυρα αὐλῆς*. **2**. *πρόθυρα δόμου*. **3**. janua, quae ad mulierum habitationem ducit. **4'**. *αὐθεντική*. **4''**. *ὀρσοθύρη*. **5**. transitus ad aulam posteriorem. **6**. *ὁδὸς ἐς λαύρην*. **7**. *στόμα λαύρης*. **8'**. janua, per quam Euryclea Telemacho duce ad oecum redit, cf. 22, 400. coll. 394 et 484. Aliam januam praeter **3** e mulierum habitatione ad oecum et armorum thalamum duxisse jam ex 22, 158 efficitur. — **a**. *ξεστοὶ λίθοι*. **b**. *αἴθουσα αὐλῆς*. **c**. *ἐνώπια πυλῶνος*. **d**. stabula et cubicula servorum. **e** ara Jovis. **f**. *θόλος*. **g**. thalamus Telemachi. **h**. *αἴθουσα δώματος*. **x**. fortasse balineum. **i**. *ἐνώπια δώματος*. **k**. *δουροδόκη*. **l'** et **m**. *ῥῶγες* et *μεσόδμαι*. **n**. locus *κρητῆρος*. **o**. *ἐσχάρα*. **p**. sedes matris familias. **q**. *λαύρη*. **r**. *θάλαμοι*. **s**. Ulixis thalamus conjugalis. **t**. thalamus armorum, cujus tectum medium columna fultum erat. **u**. *κλῖμαξ*. Si plures loci eadem litera notandi erant, significavi eos, quibus ad Odysseae narrationem explanandam opus esset, virgula singulis literis appicta; contrarios ob solam aequalitatem depictos esse puta. Aulam priorem (**A**) vacuam quidem aedificiis nolim, v. quaestionem de thalamis virorum in aula exstructis (de aedd. I, p. 19 sqq.), tamen satius duxi in aedium designatione ea praetermittere. Neque thalamorum interiorum (**r**) numerum majorem volui efficere, quam qui sufficeret ad difficultates Homericae aedium descriptionis expediendas. Si libet, a dextra et sinistra de mulierum oeco partem aliquam demas et novos thalamos constituas. Equidem in tota re hoc unum egi, ut ostenderem, quomodo Homeri verba recte accipi possent. Singulas aedium partes ex arte designare et Homericorum temporum architecturam aestimare eos jubeo, qui harum rerum peritiores sint.

Emendanda.

Pagina 29, annot. *, v. 1 et 4 scr. 1857 pro 1856; P. 30, v. 20 ortum p. orta; P. 31, ann. [6]) scr. p. 32, v. 9 sqq. pro »supra«; P. 33, v. 13 ab p. a; ibid. v. extremo Q. p. Vulgati; P. 36, v. 5 ipsa p. psa; ibid. v. 25 ante et post literas „v. E.“ comma interponas; P. 37, ann. [7]), v. 16 τράπεζα p. τραπέζα; P. 42, v. 26 post c. 2 uncum claudentem inseras; P. 43, v. 9 comma ante »ut“; P. 44, v. 11 ab inf. m. κρονόμενα πρὸς p. κρονόμε ναπρὸς; P. 46, v. 31 et 33 si p. si; P. 50 non v. 13 post »probo“, sed v. 14 ante »ad« interpungas; P. 52, v. 18 punctum pingas post „τειχισμα“; P. 56, v. 1 αὐτοῦ p. αυτοῦ; P. 59, v. 25 ὀρσοθύρας p. ὀσοθύρας; P. 71, v. 4. 36 et P. 72, v. 22 scr. ab uno (uni) e procis Agelao auctore et P. 72, v. 6 unum e procis; ibid. v. 23 progressus p. progresus; P. 76, ann. [19]), v. 4 ὑπ' p. ὑπ'; P. 77, ann. [20]), v. 10 ἅπαξ p. ἄπαξ.

Gissae, typis W. Keller.

Galeni μεσόδμαι (ὑπερῷα).



Ulixeae μεσόδμαι.




Fig. A. Des Odysseus Wohnung nach Voss restituirt.





Fig. 3.



De formatio cod. Harlejani.

Fig. B.



Lith. v. J. Reis in Giessen.